EURIPIDIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

GODOFREDUS HERMANNUS.

Voluminis II. Pars III.

CYCLOPS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXXXVIII.

EURIPIDIS

CYCLOPS.

LIPSIAE
EX OFFICINA C. P. MELZERI.

EURIPIDIS

CYCLOPS.

RECENSUIT

GODOFREDUS HERMANNUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXXXVIII.

PRAEFATIO.

De poesi satyrica Graecorum multos ita sentire video, ut tribus tragoediis quartam adiectam esse fabulam satyricam putent, quo severitas tragoediae hilaritate quadam temperaretur, spectatorumque animi, satiati miseratione gravium malorum atque horrore atrocium facinorum, recrearentur satyrorum levibus iocis lascivaque petulantia. Qui ita opinantur, eventum huius instituti, non originem videntur spectare, quae prior est initiis tragoediae. Complectar rem omnem paucissimis. Athenaeus XIV. p. 630. C. hoc memoriae prodidit: *συνέστηκε καὶ σατυρικὴ ποίησις τὸ παλαιὸν ἐκ χορῶν, ὡς καὶ ἡ τότε τραγῳδία· διόπερ οὐδὲ ὑποκριτὰς εἶχον.* Quas hic dicit tragoedias, dithyrambi fuerunt, sed illi aliud quam Bacchicum argumentum habentes, quales Sicyoniorum chori tragici, commemorati ab Herodoto. Satyricam autem poesin, de qua loquitur Athenaeus, lusus satyrorum extemporales fuisse ex Aristotelis libro de arte poetica IV. 14. cognoscitur. Ibi ille tragoediam initio extemporalem fuisse, exortamque esse per eos narrat, qui dithyrambum cantarent. Nam, ut Diogenes Laertius III. 56. ait, *τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν μόνος ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὕστερον δὲ Θέσπις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν ὑπὲρ τοῦ ἀναπαύεσθαι τὸν χορόν.* Sive Thespis is fuit, sive alius, nihil ad

rem. Illud non videtur dubium esse, inter cantus chori unum aliquem de grege prodisse, qui aliquam antiquam fabulam non ageret, sed narrando recitaret. Inde mansit, ut in omni tragoedia, atque, ut videtur, etiam in fabula satyrica, aliqua nuncii narratio pro necessaria parte fabulae haberetur, sive is nuncius nihil aliud quam nuncius esset, sive partes eius eorum uni tribuerentur, qui alias in fabula easque graviores personas sustinerent. Facile autem existimare licet, narrationes istas fere ex antiquorum epicorum carminibus peti solitum fuisse, quod iis tum omnis rerum olim gestarum fama contineretur. Postea placuit non solum narrare aliquid nuncium, sed etiam ipsum agere. Ita factum, ut qui satyrorum habitu atque ornatu in choro Bacchico essent, cum isto actore sermones consererent, quales ab satyris haberi consentaneum videretur. Quum deinde rursus dithyrambum cecinisset chorus, denuo actor ille aliud vel narraturus vel acturus prodibat. Unde mos et lex exstitit tragoediae, ut in quoque actu nova persona in scenam introduceretur. Deinde inventum, ut istae narrationes omnes unius argumenti perpetuitate coniungerentur, quique inter singulas partes cani solebant dithyrambi commutarentur cum eiusmodi carminibus, quae ad illud argumentum, de quo actor exponeret, pertinerent. Ita fabula exstitit satyrica: ex qua, argumentis ad seria translatis, orta est tragoedia, additusque deinceps alter et postremo tertius actor. Hinc est, quod Aristoteles de tragoedia dicit IV. 17. *ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐκ μικρῶν μύθων καὶ λέξεως γελοίας, διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν, ὀψὲ ἀπεσεμνώθη.* Antiquior ergo satyrica fabula est, quae si mansit etiam inventa tragoedia, non tam id putandum est temperandae hilaritate severitatis caussa factum esse, quam ut antiquus et legitimus mos conservaretur, postquam maiore studio severa argumenta excipiebantur. Quod au-

tem tribus tragoediis adiuncta est una fabula satyrica, id, nisi fallor, hanc caussam habuit, quod quater inter chori carmina olim prodierat histrio: ut, quum recepta esset tragoedia, tamen ius suum maneret satyris. Id constanter factum esse quum aliquot tetralogiarum superstes memoria testatur, tum apparet ex his verbis scholiastae Aristophanis ad Ranas v. 1122. (1155.) τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστείαν αἱ διδασκαλίαι Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν. Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος τριλογίαν λέγουσι, χωρὶς τῶν σατυρικῶν· docuitque accurate H. F. Clintonus in Musei philolog. Cantabr. fasc. I. p. 76. seqq. Interpellata tamen ea consuetudo putatur ab Sophocle, quem Suidas testatur ἄρξαι τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν: quae verba alii aliter sunt interpretati, quos nominavit C. Fr. Hermannus in Quaestionibus Oedipodeis p. 38. Totum autem testimonium, nullo alio auctore confirmatum, ita dubium est, ut haud sciam an recte Clintonus p. 78. alterum Sophoclem, nepotem clari tragici, mutationis illius auctorem fuisse coniecerit.

Alia nuper ex inopinato mota est dubitatio, in lucem protracto codicis Vaticani argumento Euripideae Alcestidis, in quo scriptum: πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς, δεύτερος Εὐριπίδης Κρήσσαις, Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος, Τηλέφῳ, Ἀλκήστιδι. τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει τὴν κατασκευήν, quod postremum vocabulum καταστροφὴν scribendum esse probabiliter coniecit G. Dindorfius, quia sic scriptum est in argumento Orestis, de qua fabula idem quod de Alcestide statuerunt grammatici. Cui quidem iudicio quid tribuendum sit vel Io. Tzetzes docere potest, qui quum scripsisset hos versus in Crameri Anecdotis vol. III. p. 337, 9.

σατυρικὸν δὲ Πρατίναν οἶδα μόνον·
ἄλλους δ' ἐφευρὼν εἰ θέλεις, τέκνον, γράφε,

hanc subiecit adnotationem: τοῦτο εἶπον ἠπατημένος τοῖς ἐξηγουμένοις Εὐριπίδην καὶ Σοφοκλέα γράψασι οὕτω· τὸ δρᾶμα τὸ τῆς Ἀλκήστιδος Εὐριπίδου καὶ ὁ Ὀρέστης καὶ ἡ Σοφοκλέους Ἠλέκτρα καὶ ὅσα τοιαῦτα, σατυρικά εἰσι καὶ οὐ τραγικά· ἀπὸ συμφορῶν γὰρ καὶ δακρύων εἰς χαρὰν καταντῶσι. οὕτω μὲν οὖν ἔγραψα περὶ τῶν σατύρων τούτοις ἠπατημένος· ἐντυχὼν δὲ σατυρικοῖς δράμασιν Εὐριπίδου, αὐτὸς μόνος ἐπέγνων ἐκ τούτων σατυρικῆς ποιήσεως καὶ κωμῳδίας διαφοράν. ἡ μὲν οὖν κωμῳδία δριμέως τινῶν καθαπτομένη διαβολαῖς, ἐπὶ λοιδορίαις κινεῖ γέλωτα· ἡ δὲ σατυρικὴ ποίησις ἄκρατον καὶ ἀμιγῆ λοιδορίας ἔχει τὸν γέλωτα πάνυ ἥδυτατον, οἷον τὸν ἐν Θυμέλαις. Profecto si isti quos merito Tzetzes vituperat audiendi essent, ingens numerus tragoediarum accensendus esset fabulis satyricis. Quocirca si illi Oresten Euripidis et Sophoclis Electram, quas nemo dubitabit tragoedias vocare, satyricas esse voluerunt, vereor ne etiam Alcestin temere exemerint tragoediis, quae fabula etsi mollior quam pleraeque tragoediae est, tamen eximium robur accepit ab Herculis licet paullum appoti persona: quem si quis nihil tragicae gravitatis habere putat, quod vino largius hausto abiiciendas esse curas vitaeque iucunditatibus fruendum censet, eum neque omnino quid heros sit animo percepisse, neque cogitasse dixerim sapienter hoc a poeta institutum esse, quo clarius elucesceret generosa viri virtus, quum indignatus quod in tanta hospitis calamitate potaverit, vi se coniugem eius Orco ereptorum, vel, si iam sub terram sit abducta, ipsis ab inferis vindicaturum promittit. Si quidquam est, quod alienum a tragoedia videatur, non est id in Herculis persona, sed in ultima scena, in qua Hercules Alcestin tamquam peregrinam mulierem tradit Admeto, isque eam vix ut adspiciat, nedum ut manum ei porrigat, ab se impetrare, nisi coactus, potest. Ve-

rum hoc quoque quam excusationem habeat exposui in dissertatione, quae adiecta est editioni eius fabulae, editae a. 1824. Addendae his C. G. Firnhaberi vindiciae in Zimmermanni diurnis antiquariis a. 1837. n. 50. 51. Quod si in inventione argumenti nihil est, quod Alcestin non patiatur esse tragoediam, multo minus quidquam illarum rerum, quae propriae sunt fabulis satyricis, in ea reperitur, non satyri, non ioci, non petulantia, non lascivia, denique non dictio nec numeri versuum quales in satyricis. Quid igitur statuamus? Quum illi scholiastae Vaticano quarta tetralogiae fabula nominata sit Alcestis, facile quivis in eam adducatur opinionem, quam ante hos duos annos eleganti dissertatione defendit Frid. Guil. Glumius, in locum satyrorum suffectam esse fabulam, quae tragoedia quidem esset, sed tamen, quod neque atrox facinus contineret et exitum haberet laetabilem, haud inepte videretur ad relaxandam praegressarum tragoediarum tristitiam et severitatem esse adhibita. Speciosissima sane haec coniectura est, et fortasse vera: non est tamen infitiandum, si accuratius consideretur, dubitandi haud exiguam relinqui materiam. Nam primo permirum est, quod, quantum quidem adhuc compertum habemus, nullus veterum mentionem fecit tetralogiae, quae esset ex quattuor tragoediis composita. Cuiusmodi tetralogiae si usitatae fuerunt, credas aliquem tamen de ea re aliquid dicturum fuisse; sin autem inusitatae, multo minus intelligi potest, qui factum sit, ut, quod semel iterumve aliquis poeta fecisset, nemo tamquam novum quid et singulare adnotaverit. Deinde pene incredibile est, illum ipsum grammaticum, qui Alcestin quarto tetralogiae loco posuit, eamque fabulam propter rerum adversarum in secundas conversionem propius ad comoediam accedere dixit, non id addidisse, ad quod ipse ille ordo ducebat, substitutam esse in locum satyrorum, sed satis habuisse afferre iudicium criticorum his verbis, quae

sunt in codd. Vaticano et Havniensi: *παρὰ τοῖς κριτικοῖς ἐκβάλλεται ὡς ἀνοίκεια τῆς τραγικῆς ποιήσεως ὅ τε Ὀρέστης καὶ ἡ Ἄλκηστις, ὡς ἐκ συμφορᾶς μὲν ἀρχόμενα, εἰς εὐδαιμονίαν δὲ καὶ χαρὰν λήξαντα, ἅ ἐστι μᾶλλον κωμῳδίας ἐχόμενα.* Sic haec scribenda sunt. In codd. istis est *παρὰ τοῖς τραγικοῖς ἐκβάλλεται*, quod C. Lachmannus teste Glumio p. 53. scribendum putabat *παρὰ τοῖς κωμικοῖς διαβάλλεται.* At talia comici non perstringebant. Similia etiam in scholiis ad Orestis v. 1686. leguntur: *τοῦτο τὸ δρᾶμα ἐκ τραγῳδικοῦ κωμικόν· ἐκ γὰρ συμφορῶν εἰς εὐθυμίαν κατήντησεν. ἡ κατάληξις τῆς τραγῳδίας ἢ εἰς θρῆνον ἢ εἰς πάθος καταλήγει, ἡ δὲ κωμῳδία γέλωσι καὶ εὐφροσύναις ἐνύφανται. ὅθεν ὁρᾶται τόδε τὸ δρᾶμα κωμικῇ καταλήξει χρησάμενον· διαλλαγαὶ γὰρ πρὸς Μενέλαον καὶ Ὀρέστην. ἀλλὰ καὶ ἐν Ἀλκήστιδι ἐκ συμφορῶν εἰς εὐφροσύνην καὶ ἀναβίωσιν, καὶ ὁμοίως καὶ ἐν Τυροῖ Σοφοκλέους ἀναγνωρισμὸς κατὰ τὸ τέλος γίνεται, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πολλὰ τοιαῦτα ἐν τῇ τραγῳδίᾳ εὑρίσκεται.* Quorum pars legitur etiam in argumento codicis Guelferbytani. Critici igitur isti certe non dubitabant, quin et Euripides et Athenienses omnes utramque fabulam tragoediam esse iudicaverint. Quod si neque Alcestis non fuit tragoedia, nec quattuor tragoedias una comprehensas esse tetralogia veri simile est, haeremus, neque habemus quid dicamus, sed aut acquiescere testimonio scholiastae Vaticani, aut fidem eius in suspicionem trahere debemus. Ac veniat fortasse alicui in mentem, illarum unam fabularum, quae coniunctae cum Alcestide fuerunt, fuisse satyricam. Quamquam enim satyros ultimo loco nominari mos est, tamen quis contendat non aut per errorem mutari ordinem potuisse, aut consulto esse mutatum, quoniam nominata Alcestide subiecturus erat scriptor ea verba, quae adiunxit isti nomini, *τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν*

ἔχει τὴν καταστροφήν? Nam illud ut nec veri simile et intestatum praetereo, in ipsa commissione satyros etiam alio quam ultimo loco datos esse, quum hodie ne Welckerum quidem tenere opinionem credam, quam olim in Appendice Trilogiae p. 279. protulit, satyros quodam tempore ante tragoedias esse in theatrum productos: quod eum statuisse, quoniam non animadvertisset apud Zenobium V. 40. ubi προεισάγειν legitur, scribendum esse διὰ τοῦτο τοὺς σατύρους ὕστερον ἔδοξεν αὐτοῖς προσεισάγειν, ἵνα μὴ δοκῶσιν ἐπιλανθάνεσθαι τοῦ θεοῦ, indicavi in censura eius libri in diurnis litt. Lipsiensibus a. 1827. n. 15. Quam vero ex illis tribus fabulis putabimus fuisse satyricam? De Alcmaeone certe, qui ὁ διὰ Ψωφῖδος inscriptus fuit, et de Telepho non dubitandum quin fuerint tragoediae. Relinquuntur Cressae, quas etsi neque alii non putarunt tragoediam fuisse, neque ego in satyricis numerandas censeo, tamen, quoniam id fortasse alicui dubium videri poterit, praetereaque erroris cuiusdam aperiendi caussa, pauca de iis dicenda arbitror. Neque enim, ut Welckerus in illa Appendice p. 291. incredibiliter errare dixerim, si quis fabulam quae a choro feminarum nomen habeat satyricam putet esse potuisse: in qua opinione eo progressus est Welckerus, ut p. 295. ne virilia quidem nomina pluralis numeri, qualia Argivi sint aut Achaei, imposita esse satyris contenderet, tametsi ipse p. 311. Aeschyli fabulam, quae Europa sive Cares dicta sit, satyricam fuisse arbitratus est, satyros, ne secum pugnare videretur, fingens Cares se esse simulasse. Nam etiam si statuamus chorum in omnibus fabulis satyricis ex satyris fuisse compositum, quid est cur non aliquando duos putemus introductos esse choros, quum id in tragoedia fecerit Aeschylus, προπομποὺς addens choro Eumenidum? aut quid cogit, si cui fabulae nomen inditum est numeri pluralis, sive id virorum seu feminarum sit, eo nomine ut

chorus fabulae significetur, quum etiam in Heraclidis Euripidis non illi, a quibus nomen fabulae ductum est, sed cives Athenienses partibus fungantur chori? Nomen igitur Cressarum non prohibet de satyris cogitare. Atque in argumento quoque est, quod ab eo genere non abhorreat. Scholiastes Aristophanis ad Ranas v. 848. (873.) de Creticis monodiis: *Ἀπολλώνιος δέ, ὅτι δύναται καὶ εἰς τὴν Ἀερόπην τὴν ἐν ταῖς Κρήσσαις εἰρῆσθαι, ἣν εἰσήγαγε πορνεύουσαν.* Legitur ibi *ἐν τοῖς Κρήταις*, quod emendavit Bentleius. Nam Sophoclis scholiastes ad Aiacem v. 1297. *ἡ ἱστορία ἐν ταῖς Κρήσσαις Εὐριπίδου, ὅτι διαφθαρεῖσαν αὐτὴν λάθρᾳ ὑπὸ θεράποντος ὁ πατὴρ Ναυπλίῳ παρέδωκεν ἐντειλάμενος ἀποποντῶσαι· ὁ δὲ οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐνηγγύησε Πλεισθένει.* Quis non videt aptissimum hoc satyrorum lasciviae argumentum fuisse, si Euripides Nauplium cum Aeropa quasque illa secum haberet Creticis mulieribus Naxi aliove loco satyris habitato appellentem fecisset? At ne id factum putemus monent fragmenta fabulae, quae non solum multo sententiosiorem orationem, quam quae satyris conveniat, produnt, sed etiam indicare videntur epulas Thyesteas in illa fabula esse tractatas. Quare quae de Aeropa et Nauplio scholiastae illi tradiderunt, non acta, sed narrata in Cressis esse existimandum est, eoque spectare hos versus apud Stobaeum CIX. 7.

> *λύπη μὲν ἄτη περιπεσεῖν αἰσχρᾷ τινί·*
> *εἰ δ' οὖν γένοιτο, χρὴ περιστεῖλαι καλῶς*
> *κρύπτοντα, καὶ μὴ πᾶσι κηρύσσειν τάδε·*
> *γέλως γὰρ ἐχθροῖς γίγνεται τὰ τοιάδε.*

Quod si non dubitandum videtur quin etiam Cressae tragoedia fuerint, illud tamen non ex omni parte verum esse videtur, quod Valckenarius in diatriba de fragm. Eurip. p. 12. scripsit: ***Euripidis Atreo et Thyestae***

quae tribuuntur, desumta videntur ex eius Cressis, quarum argumentum ante ignotum plerisque, certe Barnesio, primus patefecit vir in hoc quoque genere maximus, R. Bentleius in Epist. ad Io. Mill. p. 23, 24. *vid. celeberr. P. Burmannum in Ovid.* II. *Trist. v.* 391. Burmannus quidem honoris caussa, non quod aliquid ad rem illustrandam contulerit, nominatus est. Bentleius vero p. 471. ed. Lips. Cretenses et Cressas distingui debere monens, *illic,* inquit, *Icarum cernis et Pasiphaen: in Cressis Aeropen, Atreum, Thyesten. Hic Argis Peloponnesi, illic in Creta insula res agitur.* Non sane dixit haec Bentleius inconsiderate. Nam ad illud Aristophanis in Vespis v. 762.

τοῦτο δὲ
Ἅιδης διακρινεῖ πρότερον ἢ 'γὼ πείσομαι,

scholiastes adnotavit: *ἐν Κρήσσαις ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην.* Idem ad Acharn. 432. ubi de pannis Telephi dicit Euripides,

κεῖται δ' ἄνωθεν τῶν Θυεστείων ῥακῶν,

sic scripsit: *ἤτοι τὰ τῶν Κρησσῶν ἢ αὐτοῦ τοῦ Θυέστου.* Sed quod de Atreo et Thyesta tragoediis dicit Valckenarius, vereor ne, quod ad Thyesten attinet, minus circumspecte sit pronunciatum. Nam de Atreo quidem, quem neque scriptor ullus memoravit, neque index fabularum Euripidis habet, facile concedam confusum esse cum alia fabula ab Arriano, qui in diss. Epict. I. 28. scripsit: *καὶ ποία τραγῳδία ἄλλην ἀρχὴν ἔχει; Ἀτρεὺς Εὐριπίδου τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. Οἰδίπους Σοφοκλέους τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. Φοίνιξ; τὸ φαινόμενον. Ἱππόλυτος; τὸ φαινόμενον.* At Thyestae nomen ab eodem Stobaeo, qui quinque ex Cressis fragmenta conservavit, duobus aliis fragmentis adscriptum est. Praeterea etiam in appendice codicis Florentini

apud Gaisfordium vol. IV. p. 11. legimus: *Εὐριπίδου Θυέστῃ·*

οὐπώποτ' ἔργου μᾶλλον εἱλόμην λόγους.

Quod neglexit Matthiae. Nec si puerorum mactatio argumentum praebuit Cressis, quidquam caussae est, ut exsilium Thyestae non fuerit alia tragoedia tractatum. Quare Thyestes non videtur ex numero tragoediarum Euripidis eximendus esse. Index fabularum, qui eo loco quo Thyestes nominari poterat mutilatus est, neutram in partem testis esse potest. Sed satis de his.

Dicendum nunc est de arte, qua usi sunt poetae in faciendis fabulis satyricis. Nam etsi Cyclops Euripidis unica nobis ex tot satyricis fabulis superest, tamen vel ex hoc carmine quaedam leges videntur cognosci posse, quas sibi in hoc genere scripserint poetae. Quum enim non in eo versaretur poesis satyrica, ut graves personas risui et contemptui exponeret, sed ut servata earum dignitate satyrorum petulans lascivia hilaritatem excitaret, consentaneum erat, ut sermo in universum idem esset qui in tragoedia, sed admitterentur etiam verba loquendique formae ex quotidiano usu petitae, numerique versuum aliquid de severitate legum quae tragoediis propriae sunt remitterent. Et duo quidem sunt, quae tragoedia adspernatur, longam in prima parte quinti trimetrorum pedis syllabam, quae aut finalis sit vocabuli plures syllabas habentis, aut sit in voce monosyllaba cum praecedentibus verbis magis quam cum sequentibus coniungenda, nisi paullo ante praegressa sit interpunctio; deinde anapaestum, qui non sit in nomine proprio. Neutrum alienum est a poesi satyrica: sed eam legem observatam esse ostendit Cyclops, ut tragicarum personarum oratio nihil ab severitate tragicorum numerorum discedat, quae autem satyri similesque satyrorum personae loquuntur, in iis et longae isti quinti pedis syllabae

et anapaesto locus concedatur. Itaque tales versus, qualis est 122.

νομάδες· ἀκούει δ᾽ οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός,

ab Sileno, a satyris, a Cyclope proferri videmus, non ab Ulixe. Vid. v. 334. 674. Non referam huc versum 445. quod in eo de scriptura dubitari potest, nec versum 684.

Χ. ἐν δεξιᾷ σου. Κ. ποῦ; Χ. πρὸς αὐτῇ τῇ πέτρᾳ,

quem interpunctio usitatos in tragoedia numeros habere ostendit: nec versum 306. qui Ulixis est,

ἅλις δὲ Πριάμου γαῖ᾽ ἐχήρωσ᾽ Ἑλλάδα,

in quo aliquid ad minuendam asperitatem elisio confert.

Anapaestum in primo pede trimetri etiam tragoediam usurpare constat. Is pes eo loco frequentissimus est in Cyclope: atque in nomine proprio v. 25. 93. 102. 111. 125. 279. 283. 295. 441. in aliis vocabulis v. 196. 245. 251. 274. 289. 294. 302. 305. 308. 309. 388. 393. 449. 460. 539. 562. 565. 591. 602. 644. 692. tum etiam sic ut ex duabus vocibus constet, quod recentior fecit tragoedia, v. 185. 231. 232. 450. 594. In medio versu autem in nomine proprio v. 179. 275. 585. 586. 594. Quae omnia quum etiam in tragoedia ferantur, non minus in Ulixis quam in Sileni, satyrorum, Cyclopis verbis inveniuntur. Illi vero anapaesti, qui medio in versu non sunt in nomine proprio, nusquam in Ulixis sermonibus admissi sunt, sed ab illis tantum personis usurpantur, quarum mores alieni sunt a tragica gravitate, v. 156. 234. 236. 244. 276. 549. 562. 564. 566. 570. 586. 592. 638. 647. 648. 686. Cernitur tamen in his quoque aliquod elegantiae studium: sunt enim hi anapaesti aut in uno vocabulo, aut, si in coniunctione duorum, in talibus, quae necessario cohaerent, ut v. 592.

μέμφει τὸν ἐραστὴν, κἀντρυφᾷς, πεπωκότα;

Tales vero anapaesti, quales v. 337. et 346. legebantur,

ἅγὼ οὔ τινι θύω πλὴν ἐμοί, θεοῖσι δ' οὔ·
πῦρ καὶ πατρῷον τόνδε λέβητά γ', ὃς ζέσας,

non erant ferendi. In Ulixis sermonibus unum modo libri habent anapaestum v. 262.

ἐπεὶ κατελήφθη σοῦ λάθρᾳ πωλῶν τὰ σά,

quem removendum esse non fuit dubitandum, removeratque iam Heathius non male, sed tamen ut alia videretur eaque probabilior ratio posse inveniri.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΚΥΚΛΩΨ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὀδυσσεὺς ἀναχθεὶς ἐξ Ἰλίου εἰς Σικελίαν ἀπεῤῥίφη, ἔνθα ὁ Πολύφημος· εὑρὼν δὲ δουλεύοντας ἐκεῖ τοὺς Σατύρους, οἶνον δοὺς ἄρνας ἤμελλε λαμβάνειν καὶ γάλα παρ' αὐτῶν. ἐπιφανεὶς δ' ὁ Πολύφημος ζητεῖ τὴν αἰτίαν τῆς τῶν ἰδίων ἐκφορήσεως. ὁ Σειληνὸς δὲ τὸν ξένον ληστεύοντα καταλαβεῖν φησί. * * *

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΣΑΤΥΡΩΝ.
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ΚΥΚΛΩΨ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΚΥΚΛΩΨ.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

Ὦ Βρόμιε, διὰ σὲ μυρίους ἔχω πόνους
νῦν χὤτ' ἐν ἥβῃ τοὐμὸν εὐσθένει δέμας·
πρῶτον μὲν ἡνίκ' ἐμμανὴς Ἥρας ὕπο
Νύμφας ὀρείας ἐκλιπὼν ᾤχου τροφούς·
ἔπειθ' ὅτ' ἀμφὶ γηγενῆ μάχην δορὸς
ἐνδέξιος σῷ ποδὶ παρασπιστὴς γεγὼς
Ἐγκέλαδον ἰτέαν μέσην θενὼν δορὶ
ἔκτεινα. φέρ' ἴδω, τοῦτ' ἰδὼν ὄναρ λέγω;
οὐ μὰ Δί', ἐπεὶ καὶ σκῦλ' ἔδειξα Βακχίῳ.
καὶ νῦν ἐκείνων μεῖζον' ἐξαντλῶ πόνον.
ἐπεὶ γὰρ Ἥρα σοι γένος Τυρσηνικὸν
λῃστῶν ἐπῶρσεν, ὡς ὁδηθείης μακράν,

---

3. Ios. Scaliger scribendum putabat *ἐκμανείς*.

5. Legebatur *ἔπειτά γ'*. Id Fr. Frankius ita defendere conatus est, ut *γὲ adeo* significaret. Heathium scribentem *ἔπειτα δ'* alii sequuti sunt. Praegressa consideranti non poterit dubium esse quin Euripides *ἔπειθ' ὅτε* scripserit.

7. Libri veteres *ἰτέαν εἰς μέσην θένων*. *Εἰς* Elmsleius sustulit in Diar. class. fasc. XVI. p. 431. et ad Oed. R. 808. scripsitque *θενὼν* monitu Blomfieldii in gloss. Sept. ad Theb. v. 378. de quo dixit ad Heracl. 272. Rem, quae hic tangitur, fabulis satyricis tractatam esse monuit Welckerus in Appendice Trilogiae p. 297. seq.

12. Hesychius: *ὁδηθείης. ληφθείης, πραθείης.* Photio teste in Cyclope et in Alopa hoc verbo usum testatur Euripidem. Atque Alope quoque satyrica visa est Blomfieldio in gloss. Choeph. ad v. 122. et Pflugkio in Diurn. scholast. a. 1831. II. n. 3.

ἐγὼ πυθόμενος σὺν τέκνοισι ναυστολῶ
σέθεν κατὰ ζήτησιν· ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρᾳ
αὐτὸς λαχὼν εὔθυνον ἀμφῆρες δόρυ,
παῖδές τ' ἐπ' ἐρετμοῖς ἥμενοι, γλαυκὴν ἅλα
ῥοθίοισι λευκαίνοντες, ἐζήτουν σ', ἄναξ.
ἤδη δὲ Μαλέας πλησίον πεπλευκότας
ἀπηλιώτης ἄνεμος ἐμπνεύσας δορὶ
ἐξέβαλεν ἡμᾶς τήνδ' ἐς Αἰτναίαν πέτραν,
ἵν' οἱ μόνωπες ποντίου παῖδες θεοῦ
Κύκλωπες οἰκοῦσ' ἄντρ' ἔρημ' ἀνδροκτόνοι.
τούτων ἑνὸς ληφθέντες ἐσμὲν ἐν δόμοις
δοῦλοι· καλοῦσι δ' αὐτὸν ᾧ λατρεύομεν
Πολύφημον. ἀντὶ δ' εὐίων βακχευμάτων
ποίμνας Κύκλωπος ἀνοσίου ποιμαίνομεν.
παῖδες μὲν οὑμοὶ κλιτύων ἐν ἐσχάτοις

---

15. Libri *λαβὼν, εὔθυνον.* Non opus erat ut Blomfieldius in glossario Persarum ad v. 417. *ἴθυνον* scribi vellet. Pro *λαβὼν* autem verissime Scaliger *λαχών.* Nam *δόρυ* ne quis cum Heathio, cui assensus est Matthiae, contum esse putet, prohibet adiectum *ἀμφῆρες.*

16. In libris haec sic scripta sunt: *παῖδές τ' ἐρετμοῖς ἥμενοι, γλαυκὴν ἅλα ῥοθίοισι λευκαίνοντες, ἐζήτουν σ', ἄναξ.* Recte monuit Frankius non dici *ἐρετμοῖς ἧσθαι.* Quumque etiam *ῥοθίοις λευκαίνειν ἅλα* non ferendum censeret, sublata interpunctione iunxit *ἐρετμοῖς ῥοθίοισι λευκαίνοντες,* comparans Homeri versum Odyss. XII. 180.

αὐτοὶ δ' ἑζόμενοι πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς.

Posse ista coniungi quis neget? Tamen non credo ita scripsisse Euripidem. Nam non solum displicere debuit tam longe remotum a substantivo suo adiectivum, sed ne *ἥμενοι* quidem apte dictum est, quum se stetisse Silenus non dixerit. Apud Homerum recte socii Ulixis *ἑζόμενοι* dicti, quod ipse *ὀρθὸς ἐν ἱστοπέδῃ* stabat. Permirum foret, ni scripsisset Euripides *παῖδές τ' ἐπ' ἐρετμοῖς ἥμενοι.* Id igitur reposui. Sic etiam Seidlerus. In *ῥοθίοισι* non erat quod offenderet Frankius, quum eo verbo, ut ipse Eustathio auctore ostendit, etiam *ἡ σύντονος εἰρεσία* significetur.

27. Edd. vett. *παῖδες μὲν οὖν μοι Κλυτίων.* Quod a viris doctis repositum est *κλιτύων,* habent codd. Florentini et Vict. *Οὖν μοι* recte Scaliger in *οὑμοὶ* mutandum censuit. Nam quum

νέμουσι μῆλα, νεανίαι πεφυκότες,
ἐγὼ δὲ πληροῦν πῖστρα καὶ σαίρειν στέγας
μένων τέταγμαι τάςδε, τῷ τε δυςσεβεῖ
Κύκλωπι δείπνων ἀνοσίων διάκονος.
καὶ νῦν τὰ προςταχθέντ' ἀναγκαίως ἔχει
σαίρειν σιδηρᾷ τῇδέ μ' ἁρπάγῃ δόμους,
ὡς τόν τ' ἀπόντα δεσπότην Κύκλωπ' ἐμὸν
καθαροῖσιν ἄντροις μῆλά τ' εἰςδεχώμεθα.
ἤδη δὲ παῖδας προςνέμοντας εἰςορῶ
ποίμνας. τί ταῦτα; μῶν κρότος σικιννίδων
ὅμοιος ὑμῖν νῦν τε χὤτε Βακχίῳ

---

quid universe designatum deinde per partes explicatur, *μέν*, non *μὲν οὖν*, iusta particula est.

28. Piersonum, qui in Verisim. p. **142.** quod in libris est *νέμουσι μῆλα νέα, νέοι πεφυκότες*, scribi iussit *νέμουσι μῆλα, νεανίαι πεφυκότες*, sequuti sunt novissimi editores. Librorum scripturam defendere studuit Frankins eo, quod Silenus suam aetatem cum aetate filiorum et quas illi pascebant ovium comparet. Mihi hoc argutius quam verius videtur.

30. Non animadvertit Piersonus, quum *μένων* insulsum et omni sensu vacuum esse dixit, pro eoque scribi *γέρων* voluit, propter id ipsum, quod senex sit, manere se dicere Silenum. Et senem esse ipsi videbant spectatores. Edd. vett. *τῷδε δυςσεβεῖ*, quod miror defensum ivisse Frankium. Rectissime Vict. *τῷ τε*, quod merito receperunt novissimi editores. Duplex munus suum esse dicit Silenus, unum ut alveos impleat, ad quos potum agantur oves, verratque antrum, alterum ut coenam apparet Cyclopi.

33. Edd. vett. *ἁρπαγῇ*. Vict. *ἁρπάγῃ*. Iam Io. Miltonus *ἁρπάγῃ* scribendum viderat. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. **446**, **10**. *ἁρπαγή. ὀξυτόνως ἡ ἁρπαγή. τὸ δὲ σκεῦος βαρυτόνως, ἵν' ᾖ ὄνομα.*

37. Florentini *σικινίδων*. Praevalet geminatio litterae.

38. Ald. *ἡμῖν*. Quae sequutae sunt, *ὑμῖν*, ut Florentini et Vict.

39. Libri *κῶμοι*. Porsonus in Adv. **268.** *κώμῳ*, quod receperunt recentiores. Praeferendum duxi, quod Bothius proposuit, *κώμοις*. Respici rem fabulis satyricis tractatam, monuit Welckerus in Appendice Trilogiae p. **298.** Hyginus fab. **129.** *Liber quum ad Oeneum Parthaonis filium in hospitium venisset, Althaeam, Thestii filiam, uxorem Oenei, adamavit. Quod Oeneus ut sensit, voluntate sua ex urbe excessit, simulatque se sacra facere.*

κώμοις συνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμους
προςῆτ᾽ ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι;

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

πᾷ μοι, γέννα γενναίων πατέρων,
γενναίων τ᾽ ἐκ τοκάδων,
πᾷ δή μοι νίσσει σκοπέλους;
οὐ τᾷδ᾽ ὑπήνεμος αὔρα
καὶ ποιηρὰ βοτάνα,
δινᾶέν θ᾽ ὕδωρ ποταμῶν
ἐν πίστραις κεῖται πέλας ἄν-
τρων, οὗ σοι βλαχαὶ τεκέων;
ψύττα, τάδ᾽ οὐ σύ γ᾽, οὐ τάδε νεμεῖ,

At Liber cum Althaea concubuit, ex qua nata est Deianira. Oeneo autem ob hospitium liberale muneri vitem dedit, monstravitque quomodo sereret: fructumque eius ex nomine hospitis oenos ut vocaretur instituit. Quod autem Welckerus de Sophoclis fabula satyrica scribit, quae *Κῶμος* dicta fuerit, vereor ne vanum sit. Brunckius in Lex. Sangerm. in *ἅρπην* legerat *ἐν Κώμῳ*: sed Bekkerus in Anecd. non p. 27. ut ait Welckerus, sed p. 446, 12. et Bachmannus I. p. 145, 18. habent *ἐν Νόμῳ*. *Μῶμος* ea fabula vocabatur: quam ab scholiasta Veneto Aristophanis ad Pacis v. 353. perperam Achaeo tribui, ex Choerobosco in Bekkeri Anecd. p. 1364. intelligitur.

40. Edd. vett. *προςῆτ᾽*. Correctum iam in Barnesiana.

41. Libri: *πᾷ δή μοι γενναίων μὲν πατέρων, γενναίων τ᾽ ἐκ τοκάδων;* Numeri pravi. Scribendum erat: *πᾷ μοι, γέννα γενναίων πατέρων, γενναίων τ᾽ ἐκ τοκάδων.* *Δ᾽ ἐκ* L. Dindorfius. Vid. Fritzschius ad Aristoph. Thesmophor. p. 131.

43. Florentini *νίση*. Ald. et edd. vett. *νίσῃ*.

44. Edd. vett. *οὐ τῷδ᾽ ὑπήνεμος αὖρα.* Scaliger *τᾷδ᾽*. Et sic Par. E. G. Florentini, Vict.

46. Edd. vett. *δινῶεν.* Par. G. Flor. 1. 2. Vict. *δινᾶεν.*

47. Boissonadus *πίστροις* scribendum putabat.

48. Libri *οὗ σοι.* Merito Bothius recepit emendationem Casauboni de satyr. poesi I. 6. p. 169. *οὗ σοι.* Neque animadversum erat, post *τεκέων* signum interrogandi ponendum esse.

49. Libri: *ψύττα. οὐ τάδ᾽ οὖ, οὐ τάδε νέμῃ,* praeter Vict.

οὐδ' αὖ κλιτὺν δροσεράν;
ὠή, ὠή, ὁ κεράστας,
ἢ ῥίψω πέτρον τάχα σού,
ὠή, ὕπαγ' ὦ, ὕπαγ' ὦ,
τοῦ μηλοβότα στασιωρὸς
Κύκλωπος ἀγροβάτα.

ἀντιστροφή.

σπαργῶντάς μοι σοὺς μαστοὺς χάλασον·
δέξαι θηλαῖς σποράδων
ἃς λείπεις ἀρνῶν θαλάμοις.
ποθοῦσί σ' ἁμερόκοιτοι
βλαχαὶ σμικρῶν τεκέων.

---

qui habet *οὐ τᾶδ' οὗ, οὐ τᾶδε*. Scribendum erat: *ψύττα, τάδ' οὐ σύ γ', οὐ τάδε νεμεῖ*. Ac *νεμεῖ* iam Matthiae.

50. Libri *οὔτ' οὖν*, praeter Par. G. in quo est *οὔτ' αὖ*, quod Matthiae aliique receperunt. Id vero *οὐδ' αὖ* scribendum erat. Dein Florentinorum error est *κλιτήν*.

51. Libri: *ὠή. ῥίψω πέτρον τάχα σου· ὑπάγω, ὑπάγω κεράστα, μηλοβότα στασίωρον. Κύκλωπος ἀγροβότα*. Nihil variatur, nisi quod Flor. 1. *ῥίψον* habet, a Stephano autem acceptum est *ὕπαγ' ὦ, ὕπαγ' ὦ*. Nemo non videt haec valde perturbata esse. Scribenda sunt hoc modo: *ὠή, ὠή, ὁ κεράστας, ἢ ῥίψω πέτρον τάχα σού, ὠή, ὕπαγ' ὦ, ὕπαγ' ὦ, τοῦ μηλοβότα στασιωρὸς Κύκλωπος ἀγροβάτα*. Non dixisset Matthiae corruptam vocem esse *στασίωρον*, sed scripsisset mutato accentu *στασιωρός*, si cogitasset iuberi arietem manere ad antrum Cyclopis.

56. Edd. *σπαργῶντάς μοι τοὺς μαστοὺς χάλασον*. Flor. 2. omittit *μοι τούς*, quae in Flor. ab alia manu addita sunt. Scribendum erat *σοὺς μαστούς*. Homerus Od. IX. 440.

> *θήλειαι δ' ἐμέμηκον ἀνήμελκτοι περὶ σηκούς·*
> *οὔθατα γὰρ σφαραγεῦντο.*

57. Libri: *δέξαι θηλαῖσι σποράς, ἃς λείπεις ἀρνῶν θαλάμοις*, sententia bona, sed violato metro. Neque enim in his numeris, ut Bothio visum, choriambo diiambus substitui potest. Poterat poeta *γονὰς* scribere, cuius vocis tamen nemo *σποράς* interpretationem esse credet. Quare scripsi *δέξαι θηλαῖς σποράδων ἃς λείπεις ἀρνῶν θαλάμοις*. Ex dispersis per ovile agnis suam cuique matri prolem lactandam dicit. Non recte Barnesius *θαλάμαις* scribendum putabat, nisi quis id de cavernis in antro dictum censeat.

εἰς αὐλάν ποτ', ἀμφιθαλεῖς
ποιηροὺς λείπουσα νομούς,
Αἰτναίων εἴσω σκοπέλων;
οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε χοροί,
Βάκχαι τε θυρσοφόροι,
οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοί,
οὐκ οἴνου χλωραὶ σταγόνες
κρηναῖσι παρ' ὑδροχύτοις,
οὐ Νῦσά τε καὶ μετὰ νυμφᾶν
* * * * * * *

ἐπῳδός.

Ἴακχον, Ἴακχον ᾠδὰν
μέλπω πρὸς τὰν Ἀφροδίταν,

---

61. Ald. *εἰς αὐλάν ποτ' ἀμφιβάλεις ποιηροὺς λειποῦσα νομούς, αἰτναίων εἴσω σκοπέλων.* Flor. 1. *ἀμφιβάλου.* Brub. Herv. *ἀμφιβάλλεις.* Canterus *ἀμφιβαλεῖς* et *λιποῦσα.* Flor. 2. Vict. *λιποῦσα*, supra scripto *ει*, quod in Vict. ab alia manu est. Frustra illud *ἀμφιβαλεῖς* quidam coniecturis vexarunt, Frankius autem defendere studuit. Non est hic verbo quo sententia regatur opus, sed una littera mutata scribendum erat *ἀμφιθαλεῖς*, ab Seidlero quoque repertum, servandumque *λείπουσα.* L. Dindorfius scripsit *νομάς.*

63. Libri *εἴσω.* Emendavit Seidlerus.

64. Vict. bis *τᾆδε.*

66. Libri: *οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοὶ, κρήναισι παρ' ὑδροχύτοις. οὐκ οἴνου χλωραὶ σταγόνες. οὐ νύσσα μετὰ νυμφᾶν.* Nec sententia in his, nec metra recte se habent. Nam nec fontes aquae cum strepitu tympanorum, sed cum scaturiente vino coniungendi erant, nec *σταγόνες* recte positum sequente vocali. Utrique vitio medendum erat transponendis versibus.

69. Edd. vett. *οὐ νύσσα μετὰ νυμφᾶν.* Recentiores *Νύσα* scripserunt. At *Νῦσα* dicitur tragicis. Sophocles apud Strabonem XV. p. 687.

ὅθεν κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην
βροτοῖσι κλεινὴν Νῦσαν, ἣν ὁ βούκερως
Ἴακχος αὐτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει.

Excidit ultimus strophae versus: quo factum ut omitterentur in eo qui praecedit versu voculae iam inutiles. Nam hic videtur finis fuisse antistrophae:

οὐ Νῦσά τε καὶ μετὰ νυμφᾶν
χορεύματ' ἐννύχια.

ἂν θηρεύων πετόμαν
Βάκχαις σὺν λευκόποσιν.
ὦ φίλος, ὦ φίλε Βάκ-
χειε, ποῖ οἰοπολεῖς
ξανθὰν χαίταν σείων;
ἐγὼ δ᾽ ὁ σὸς πρόπολος
θητεύω
Κύκλωπι τῷ μονοδέρκτᾳ
δοῦλος ἀλαίνων σὺν τᾷδε τράγου
χλαίνᾳ μελέᾳ
σᾶς χωρὶς φιλίας.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

σιγήσατ᾽, ὦ τέκν᾽, ἄντρα δ᾽ εἰς πετρηρεφῆ
ποίμνας ἀθροῖσαι προςπόλοις κελεύσατε.

ΧΟΡΟΣ.

χωρεῖτ᾽· ἀτὰρ δὴ τίνα, πάτερ, σπουδὴν ἔχεις;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ὁρῶ πρὸς ἀκταῖς ναὸς Ἑλλάδος σκάφος,
κώπης τ᾽ ἄνακτας σὺν στρατηλάτῃ τινὶ
στείχοντας εἰς τόδ᾽ ἄντρον, ἀμφὶ δ᾽ αὐχέσιν
τεύχη φέρουσι κενά, βορᾶς κεχρημένοι,
κρωσσούς θ᾽ ὑδρηλούς. ὦ ταλαίπωροι ξένοι.
τίνες πότ᾽ εἰσίν; οὐκ ἴσασι δεσπότην

---

75. Libri *Βακχεῖε.* Mattbiae scripsit *Βάκχιε*, quem alii sequuti sunt. Recte Frankius servata librorum scriptura duos eadem mensura versus faciendos censuit.

77. Edd. *σείων.* Flor. 1. *σείεις.* Sic etiam Flor. 2. Vict. sed ab alia manu supra scriptum habentes *ων*.

83. Nescio an hic versus paroemiacus fuerit, sic scriptus, *μέλεος, χωρὶς φιλίας σᾶς.*

90. Libri: *τεύχη φέροντας κενὰ, βορᾶς κεχρημένοι.* Canterus *κεχρημένους.* Elmsleius ad Heraclid. 801. *τεύχη φέρουσι κενά, βορᾶς κεχρημένοι*, quod elegantius est.

Πολύφημον οἷός ἐστιν, ἄξενον στέγην
τήνδ' ἐμβεβῶτες καὶ Κυκλωπίαν γνάθον
τὴν ἀνδροβρῶτα δυςτυχῶς ἀφιγμένοι.
ἀλλ' ἥσυχοι γίγνεσθ', ἵν' ἐκπυθώμεθα
πόθεν πάρεισι Σικελὸν Αἰτναῖον πάγον.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ξένοι, φράσαιτ' ἂν νᾶμα ποτάμιον πόθεν
δίψης ἄκος λάβοιμεν; εἴτε τις θέλει
βορὰν ὀδῆσαι ναυτίλοις κεχρημένοις;
τί χρῆμα; Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν·
Σατύρων πρὸς ἄντροις τόνδ' ὅμιλον εἰςορῶ.
χαίρειν προςεῖπα πρῶτα τὸν γεραίτατον.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

χαῖρ', ὦ ξέν', ὅςτις δ' εἶ φράσον, πάτραν τε σήν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἴθακος Ὀδυσσεύς, γῆς Κεφαλλήνων ἄναξ.

---

95. Libri *τήνδ' ἀνδροβρῶτα*, nisi quod Florentini et Vict. *ἀνδροβῶτα*. Recte vero Bothius *τήν*.

96. Blomfieldius ad Aeschyli Pers. **176.** dubitabat au *γίγνεσθε* in *γενέσθε* mutandum esset.

99. Idem ad eiusdem fabulae v. **490.** utrum *δίψης* an *δίψους* praestet ambigit.

100. Photius p. 315, 13. *ὀδῆσαι. τὸ ὠνήσασθαι. Εὐριπίδης Ἀλόπῃ καὶ Κύκλωπι.* Hesychius: *ὀδῆσαι. πρίασθαι, ἀποδόσθαι, ὠνήσασθαι.*

101. Temere Aldinae Herv. 1. et codicum Flor. ac Vict. scriptura *ἔοιγμεν* in Herv. 2. Brub. Cant. aliisque in *ἐοίκαμεν* mutata.

102. In cdd. vett. sic interpunctum: *Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν, σατύρων πρὸς ἄντροις· τόνδ' ὅμιλον εἰςορῶ.* A Cantero autem hacc profecta est interpunctio: *Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν. σατύρων πρὸς ἄντροις τόνδ' ὅμιλον εἰςορῶ.* Exspectet quis fortasse potius *πρὸς ἄντροις τοῖςδ'*. Ego quidem vereor ne *σατύρων* interpretis sit, Euripides autem scripserit: *Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν, οἷον πρὸς ἄντροις τόνδ' ὅμιλον εἰςορῶ.*

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οἶδ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὺ Σισύφου γένος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐκεῖνος οὗτός εἰμι· λοιδόρει δὲ μή.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

πόθεν Σικελίαν τήνδε ναυστολῶν πάρει;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐξ Ἰλίου τε κἀπὸ Τρωϊκῶν πόνων.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

πῶς; πορθμὸν οὐκ ᾔδεισθα πατρῴας χθονός;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἀνέμων θύελλαι δεῦρό μ' ἥρπασαν βίᾳ.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

παπαῖ· τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξαντλεῖς ἐμοί.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἦ καὶ σὺ δεῦρο πρὸς βίαν ἀπεστάλης;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

λῃστὰς διώκων, οἳ Βρόμιον ἀνήρπασαν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τίς δ' ἥδε χώρα, καὶ τίνες ναίουσί νιν;

---

106. Eustathius p. 1455, 34. *Εὐριπίδης γὰρ ἐπὶ συνετοῦ εἴρηκε τὸ δριμύ, ὡς λέγει Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός.*

109. Legebatur *ἐξ Ἰλίου γε*, quod miror servatum ab novissimis editoribus.

110. Libri *ᾔδεισθα*, non *ᾔδησθα*. De his formis dixerunt Lobeckius ad Phryn. p. 237. Winckelmannus ad Platon. Euthyd. p. 30. Moeridis novissimus editor p. 126.

112. Legebatur *παπαὶ* ante L. Dindorfium.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

Αἰτναῖος ὄχθος Σικελίας ὑπέρτατος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τείχη δὲ ποῦ 'στι καὶ πόλεως πυργώματα;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὐκ εἴσ'· ἔρημοι πρῶνες ἀνθρώπων, ξένε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τίνες δ' ἔχουσι γαῖαν; ἢ θηρῶν γένος;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

Κύκλωπες, ἄντρ' ἔχοντες, οὐ στέγας δόμων.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τίνος κλύοντες; ἢ δεδήμευται κράτος;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

νομάδες· ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

σπείρουσι δ', ἢ τῷ ζῶσι, Δήμητρος στάχυν;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

γάλακτι καὶ τυροῖσι καὶ μήλων βορᾷ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Βρομίου δὲ πῶμ' ἔχουσιν, ἀμπέλου ῥοάς;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ἥκιστα· τοιγὰρ ἄχορον οἰκοῦσι χθόνα.

---

122. Iure vituperavit Matthiae Porsonum, qui in praef. Hecubae p. 34. οὐδ' ἕν' οὐδ' εἷς οὐδ' ἑνὸς scribi voluerit. Satyrici numeri propiores sunt comicis, et ad sententiam inepta est ista scriptura.

125. Libri ῥοαῖς. Reiskius et Tyrwhittus ῥοάς, quos sequuti sunt alii.

126. Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. ἄχορον, sed in Parisi-

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

φιλόξενοι δὲ χὤσιοι περὶ ξένους;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

γλυκύτατά φασι τὰ κρέα τοὺς ξένους φορεῖν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί φής; βορᾷ χαίρουσιν ἀνθρωποκτόνῳ;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὐδεὶς μολὼν δεῦρ', ὅστις οὐ κατεσφάγη.

* * *

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

αὐτὸς δὲ Κύκλωψ ποῦ 'στιν; ἢ δόμων ἔσω;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

φροῦδος πρὸς Αἴτνῃ, θῆρας ἰχνεύων κυσίν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις, ὡς ἀπαίρωμεν χθονός;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὐκ οἶδ', Ὀδυσσεῦ· πᾶν δέ σοι δρῴημεν ἄν.

---

nis et Vict. supra scriptum, quod in impressis est, *ἄχαριν*. Matthiae placere sibi dixit *ἄχορον*, ut Sileni personae accommodatum. Idque Seidlerus quoque praeferendum censuit. Ac sane si *ἄχορος* est regio, sponte sequitur ut sit *ἄχαρις*.

131. Ante hunc versum lacunae signa posui. Nam quum credi non possit, tam negligentem fuisse Euripidem, ut Ulixem de illo Cyclope, de quo nondum quidquam cognoverat, quaerentem faceret, aliquot versus interisse necesse est, quibus ad Polyphemum deductum fuerit diverbium.

133. Canterus scribi volebat *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον*, videturque id probasse Elmsleius, quantum ex eius adnotatione ad Medeae v. 587. colligi potest. Non persuasisse eum mihi ad eumdem locum significavi, in eademque sententia fuit Matthiae ad illum versum, qui ei est 597.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὕδησον ἡμῖν σῖτον, οὗ σπανίζομεν.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὐκ ἔστιν, ὥςπερ εἶπον, ἄλλο πλὴν κρέας.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἀλλ' ἡδὺ λιμοῦ καὶ τόδε σχετήριον.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ βοὸς γάλα.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐκφέρετε· φῶς γὰρ ἐμπολήμασιν πρέπει.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

σὺ δ' ἀντιδώσεις, εἰπέ μοι, χρυσὸν πόσον;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐ χρυσόν, ἀλλὰ πῶμα Διονύσου φέρω.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ὦ φίλτατ' εἰπών, οὗ σπανίζομεν πάλαι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καὶ μὴν Μάρων μοι πῶμ' ἔδωκε, παῖς θεοῦ.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ὃν ἐξέθρεψα παῖδ' ἐγώ ποτ' ἀγκάλαις;

---

138. Affert hunc versum Athenaeus XIV. p. 658. C. ex eoque Eustathius p. 1485, 30. apud quos Διὸς γάλα legitur. Appellari ὀπίαν dicit Athenaeus τυρὸν τὸν δριμύν, τὸν πηγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὀπῷ.

139. Vulgo ἐμπολήμασι. Litteram addidit Matthiae.

144. Edd. ὃν ἐξέθρεψα παῖδ' ἐγώ ποτ' ἀγκάλαις; Vir doctus apud Musgravium coniiciebat ταῖςδ' ἐγώ ποτ' ἀγκάλαις, idque inventum est in Flor. 1. 2. In Par. G. est ταῖδ'. Praeferam ego quidem impressorum scripturam.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὁ Βακχίου παῖς, ὡς σαφέστερον μάθῃς.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ἐν σέλμασιν νεώς ἐστιν, ἢ φέρεις σύ νιν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὅδ' ἀσκὸς ὃς κεύθει νιν, ὡς ὁρᾷς, γέρον.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὗτος μὲν οὐδ' ἂν τὴν γνάθον πλήσειέ μου.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καὶ δὶς τόσον πῶμ' ὅσον ἂν ἐξ ἀσκοῦ ῥυῇ.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

καλήν γε κρήνην εἶπας, ἡδεῖάν τ' ἐμοί.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

βούλει σε γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέθυ;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

δίκαιον· ἦ γὰρ γεῦμα τὴν ὠνὴν καλεῖ.

---

147. In Aldina quum sic interpunctum esset, *ὅδ' ἀσκός· ὃς κεύθει νιν ὡς ὁρᾷς γέρον*, virgula post *ἀσκὸς* posita est in proximis edd. Ne quis perperam dictum putet *ὡς ὁρᾷς*, quia quid sit in utre videre Silenus non potest, tenendum est, *ὡς ὁρᾷς* non ad *ὃς κεύθει νιν*, sed ad *ὅδ' ἀσκὸς* referendum esse: *hic, ut vides, utrem habeo, qui vinum continet.* Mallem tamen scriptum esse *ὅδ' ἀσκὸς, ὃς κεύθει νιν, ὅνπερ εἰςορᾷς.*

149. Ald. *ναί· δὶς τόσον πῶμ'.* Post eam omissa ista distinctio. Recte vero Boissonadus coniecit *καὶ* scribendum esse. Nam etiam maiorem copiam vini se habere dicit Ulixes: id quod confirmatur iis, quae respondet Silenus.

150. Edd. vett. *καλήν γε κρήνην εἶπας ἡδεῖάν γ' ἐμοί.* Parum accurate Matthiae scripsit, ex Par. E. G. Musgravium recepisse *ἡδεῖαν δ' ἐμοί.* Iam Canterus id reposuerat, servatumque est deinceps ab editoribus. Sed Boissonadus edidit *καλήν τε κρήνην εἶπας ἡδεῖάν τ' ἐμοί.*

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καὶ μὴν ἐφέλκω καὶ ποτῆρ' ἀσκοῦ μέτα.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

φέρ' ἐγκάναξον, ὡς ἀναμνησθῶ πιών.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἰδού.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

παπαιάξ, γεῦσιν ὡς καλὴν ἔχει.

---

154. Libri φέρ' ἐκπάταξον, quod explicare studebat Casaubonus de sat. poes. I. 6. p. 166. Musgravius ἐκκάναξον coniiciebat, quod recepit Matthiae, sed in adnotatione, quoniam ἐκκανάξαι sit *ebibere*, ἐγκανάξαι autem *infundere*, praeferendum iudicavit Piersoni coniecturam in Veris. p. 143. ἐγκάναξον. De utroque verbo dixerunt Kusterus ad Aristoph. Eq. 105. et Hemsterhusius ad Pollucem X. 85. Iubet autem sibi infundi largiter, ut meminisse possit, neque obliviscatur se bibisse.

155. Libri ὡς καλὴν ὀσμὴν ἔχει. Reiskius, quia Ulixes respondet εἶδες γὰρ αὐτήν; scribendum putabat ὡς καλὴν μορφὴν ἔχει. At ita si Ulixes inepte dicto liberatur, bis inepte loquentem habemus Silenum, qui et formam vino tribuat, et eam formam se olfacere dicat. Itaque alii, ut Bothius, et, qui fuse de hoc loco disputavit, Frankius frigide ineptеque iocari Ulixem existimarunt. Profecto ineptissime iocantem fecisset Euripides, si ei propterea quaestionem istam tribuisset, quod Silenus ὀσμὴν vocasset καλήν. Apposite Frankius Theocriteum illud I. 149. comparavit, θᾶσαι, φίλος, ὡς καλὸν ὄσδει, monuitque non esse id imitatione Euripidis dictum. Non Euripides peccavit, sed librarius, qui interpretationem pro genuino vocabulo posuit. Neque enim dubitandum videtur quin Euripides scripserit: γεῦσιν ὡς καλὴν ἔχει. Id scriptum fuisse ab Euripide, eiusque vocabuli interpretationem esse ὀσμήν, apparet ex his Antiatticistae verbis in Bekkeri Anecd. p. 87, 31. γεύεσθαι. οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἐσθίειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ὀσφραίνεσθαι, ὡς ἐν τῷ βίῳ γεύεσθαι μύρων. Εὐριπίδης Κύκλωπι. Aliquoties γεύειν et γεύεσθαι in Cyclope dixit Euripides, sed nusquam de olfaciendo: ut hic tantum versus, quo id fecerit, sit relictus. Apertum est autem, si Silenus nondum gustato vino γεῦσιν eius καλὴν vocat, Ulixem, qui sciat nondum eum gustasse, non habere quod quaerat nisi aut *qui scis? quum nondum gustaveris*, aut, quoniam Silenus nihil nisi vidit vinum, quum infunderetur, *num vidisti saporem?*

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

εἶδες γὰρ αὐτήν;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ὀσφραίνομαι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

γεῦσαί νυν, ὡς ἂν μὴ λόγῳ 'παινῇς μόνον.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

βαβαῖ· χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος.
ἆ ἆ ἆ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

μῶν τὸν λάρυγγα διεκάναξέ σου καλῶς;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ὥςτ' εἰς ἄκρους γε τοὺς ὄνυχας ἀφίκετο.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πρὸς τῷδε μέντοι καὶ νόμισμα δώσομεν.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

χάλα τὸν ἀσκὸν μόνον· ἔα τὸ χρυσίον.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐκφέρετέ νυν τυρεύματ' ἢ μήλων τόκον.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

δράσω τάδ', ὀλίγον φροντίσας τῶν δεσποτῶν.
> *ὣς τοῦ ἐν ὀφθαλμῷ πυριήκεα μοχλὸν ἑλόντες*
> *δινέομεν.*

467. Rarius est *κυκλώσω* pro *κυκλήσω*, quod Musgravius reponendum censebat. Porsono iudice utrumque recte se habet, ad Orest. **624**.

469. Legebatur *ἰού, ἰού*. Id si gaudentis est, *ἰοῦ* scribi iubent grammatici. Vide Suidam.

470. Edd. vett. *εὑρήμασι*. Flor. **1. 2.** *εὑρήμασιν*.

473. *Διπλαῖσι κώπαις* significare videtur bis tot remis, quot solet navis in mare propelli, quoniam ab littore lentius promovetur, donec in altum mare perveniat, quod est citissime. Flor. **2.** *ἀποστέλλω*, supra scripto *στελῶ*.

474. Recte observavit Florens Christianus titionem respici

κἀγὼ λαβοίμην τοῦ τυφλοῦντος ὄμματα
δαλοῦ; φόνου γὰρ τοῦδε κοινωνεῖν θέλω.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

δεῖ γοῦν· μέγας γὰρ δαλός· οὗ ξυλληπτέον.

ΧΟΡΟΣ.

ὡς κἂν ἁμαξῶν ἑκατὸν ἀραίμην βάρος,
εἰ τοῦ Κύκλωπος τοῦ κακῶς ὀλουμένου
ὀφθαλμὸν ὥςπερ σφηκίαν ἐκτρίψομεν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

σιγᾶτέ νυν· δόλον γὰρ ἐξεπίστασαι·
χὤταν κελεύω, τοῖσιν ἀρχιτέκτοσιν
πείθεσθ'· ἐγὼ γὰρ ἄνδρας ἀπολιπὼν φίλους
τοὺς ἔνδον ὄντας οὐ μόνος σωθήσομαι.
καίτοι φύγοιμ' ἄν, κἀκβέβηκ' ἄντρου μυχῶν·
ἀλλ' οὐ δίκαιον ἀπολιπόντ' ἐμοὺς φίλους,
ξὺν οἷςπερ ἦλθον δεῦρο, σωθῆναι μόνον.

---

aquae lustrali immersum: de quo more Casaubonus dixit ad Theophrasti char. 16.

477. Legebatur: *δεῖ γοῦν· μέγας γὰρ δαλὸς, ὃν συλληπτέον.* Non memoravit Matthiae, Reiskium scribi voluisse οὗ. Recte vero Reiskius: sed erat maior distiuctio post δαλὸς ponenda. Non enim dicit *nam magnus titio est is, quem simul prehendere vos oportet:* sed *nam magnus titio est: quem vos simul oportet prehendere.* Quae ratio loquendi eamdem vim habet, ac si dixisset *ὥςτε συλληπτέον.*

478. Ald. *ἀροίμην.* Quae sequutae sunt, *ἀροίμην.* Aut *αἰροίμην* cum Beckio scribendum erat, aut *ἀραίμην* quod reposuit Matthiae: nisi quis futuri optativum *ἀροίμην* longa prima defendere volet. De futuri optativo cum *ἂν* quaedam attulit Sauppius ad Lycurgi orationem §. 15.

480. Par. E. G. Vict. *ἐκθρύψομεν,* supra scripto *τρί.* Scaliger *ἐκθλίψομεν.*

481. Edd. vett. *ἐξεπίστασθε.* Par. E. G. Flor. 1. 2. *ἐξεπίστασαι.*

486. Edd. vett. *ἐμοῦ φίλους.* Emendavit Scaliger, qui etiam *ἀπολιπόντα τοὺς φίλους* proponebat.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α'.

ἄγε, τίς πρῶτος; τίς δ' ἐπὶ πρώτῳ
ταχθεὶς δαλοῦ κώπην ὀχμάσας
Κύκλωπος ἔσω βλεφάρων ὤσας
λαμπρὰν ὄψιν διακναίσει;

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

σίγα, σίγα. καὶ δὴ μεθύων
ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος,
σκαιός, ἀπῳδὸς κατακλαυσόμενος,
χωρεῖ πετρίνων ἔξω μελάθρων.
φέρε νιν κώμοις παιδεύσωμεν
τὸν ἀπαίδευτον.
πάντως μέλλει τυφλὸς εἶναι.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α'.

μάκαρ, ὅςτις εὐιάζει
βοτρύων φίλαισι πηγαῖς

---

488. Edd. vett. et codd. hic chori personam, v. **492.** hemichorii adscriptam habent, quam Matthiae recte huic quoque versui apposuit.

489. Edd. vett. *δαλῷ.* Flor. **1. 2.** *δαλοῦ*, et sic ut ex suis Mss. Stephanus, quem Canterus et reliqui sequuti.

492. Post *Ημι* in edd. vett. addita *παρεπιγραφὴ* haec: *ᾠδὴ ἔνδοθεν.*

494. In edd. vett. sic interpunctum: *ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος, σκαιὸς ἀπῳδὸς, καὶ κλαυσόμενος, χωρεῖ* etc. Nihil profecerunt, qui sustulerunt virgulas. Manet enim languida oratio, quum et *ἀπῳδὸς* sic nihil aliud sit quam *ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος*, eodemque referatur *σκαιός*, et prorsus inepte per *καὶ* adiuncta sit res diversissima, *κλαυσόμενος.* Scribendum: *ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος, σκαιός, ἀπῳδὸς κατακλαυσόμενος*: *dissonum strepitum modulans, stultus, qui dissimilem cantum eiulaturus sit.* Grammaticus in Bekkeri Anecdotis p. **441, 12.** *ἀπῳδόν. τὸ τῆς ᾠδῆς ἀλλότριον.*

495. Edd. vett. *χωρεῖ γε πετρίνων.* In Flor. **1.** omissum *γε*, in **2.** deletum.

499. Edd. vett. recte *Ημι* adscriptum habent. Est hoc carmen monostrophicum, canitque unum hemichorium primam

ἐπὶ κῶμον ἐκπετασθείς,
φίλον ἄνδρ' ὑπαγκαλίζων,
ἐπὶ δεμνίοις τε κάλλος
χλιδανῆς ἔχων ἑταίρας
μυρόχριστος λιπαρὸν βό-
στρυχον, αὐδᾷ δέ, θύραν τίς οἴξει μοι;

---

stropham, Cyclops secundam, alterum hemichorium tertiam. Quod apte instituit poeta, ut quos modos praeisset chorus, qui se παιδεύσειν τὸν ἀπαίδευτον dixerat, eosdem repeteret Cyclops. Legebatur autem μακάριος, ὅς εὐιάζει. Id scripsi μάκαρ, ὅςτις εὐιάζει. Non est enim credibile Euripidem, quum sic posset, id praetulisse, quod minus accurate cum caeteris stropharum metris congrueret.

502. Edd. vett. ὑπ' ἀγκαλίζων, quod correxit Barnesius.

503. Legebatur ἐπὶ δεμνίοις τε ξανθὸν χλιδανῆς ἔχων ἑταίρας μυρόχριστος λιπαρὸς βόστρυχον, nec metro recte exaequato neque apta sententia. Nam quis cincinnum mulieris se in lecto tenere dicat, et non potius ipsam mulierem? Quare Scaliger χλιδανὴν ἔχων ἑταίραν scribi volebat. Atque is, qui teneret mulierem, non mulier, capillos unguentis delibutos habere dicendus erat. Apte Scaliger comparavit Horatianum illud II. Carm. 7, 7. *coronotus nitentes molobathro Syrio capillos.* Non dubito quin in ξανθὸν aliquod substantivum lateat, pendens ex χλιδανῆς ἑταίρας: sed quod illud esse dicam neque in litteris, quibus ξανθὸν scriptum est, invenio, neque ex sententia coniici potest, quia permulta cogitari possunt et honesta et turpia, quorum unum hic fuerit commemoratum. Sic, ut aliquid afferam, litteris haud valde dissimile est γόνθον, quod tamen si quis ex Arcadii, apud quem solum exstat, verbis p. 49, 5. γόνθος, ὁ κόγχος, sic dictum putaret, ut apud Plautum in Rudente III. 3, 42. quidam Veneri dicit:

te ex concha natam esse autumant: cave tu horum conchos spernos:

non persuaderet, si non alium disertiorem produceret testem, ex quo cognosceremus γόνθος utrum concha an conchis esset: nam Antiatticista p. 105, 17. κόγχος ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγεται βρωμάτιόν τι λοπαδευόμενον. Ego igitur, quoniam certum est ξανθὸν non esse ab Euripide scriptum, incertum autem quid ille scripserit, commune vocabulum posui κάλλος, quo certe sententia qualis debet ex verbis prodiret.

505. Libri μυρόχριστος λιπαρὸς βόστρυχον. Emendavit Scaliger. Musgravius μυρόχριστον λιπαρὸς βόστρυχον.

506. Aliud agens Matthiae scripsit: *ad fores amicae autem cantat* θύραν τίς οἴξει μοι; Quamne iam in lecto teneat? Mus-

ΚΥΚΛΩΨ.

παπαπαῖ, πλέως μὲν οἴνου,
γάννυμαι δὲ δαιτὸς ἥβῃ,
σκάφος, ὁλκὰς ὥς, γεμισθεὶς
ποτὶ σέλμα γαστρὸς ἄκρας.
ὑπάγει μ' ὁ χόρτος εὔφρων
ἐπὶ κῶμον ἦρος ὥραις,
ἐπὶ Κύκλωπας ἀδελφούς.
φέρε μοι, ξεῖνε, φέρ', ἀσκὸν ἔνδος μοι.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

καλὸν ὄμμασιν δεδορκὼς

---

gravius haec verba initium esse coniiciebat obsceni cantici, noti Atheniensibus. Cantici initium fuisse, credi potest. Non sequitur autem, ut ea cantio obscena fuerit, etsi hic verba ista obscenum quid significare apertum est.

507. Libri *πᾶ πᾶ πᾶ.* L. Dindorfius *παπαπᾶ.* Recte puto Lentingium ad Medeam p. 94. sed pravo accentu scribere *παπαπαί.*

508. Libri: *γάννυμαι δὲ δαιτὸς ἥβης, σκάφος ὁλκὰς ὡς γεμισθεὶς, ποτὶ σέλμα γαστρὸς ἄκρας.* Flor. 1. omittit *δέ.* Vict. *ὥς γεμισθείς.* Variis coniecturis, sed immemorabilibus, tentatum *ἥβης.* Scripsi Lobeckio auctore in Paralipomenis p. 263. *δαιτὸς ἥβῃ.* Mire Matthiae, quum *ἥβην* voluptatem interpretaretur, ex abundantia quadam additum dixit *δαιτός,* quasi non, si *δαιτὶ* poeta scripsisset, potius *ἥβη* ex abundantia quadam esset adiecta. *Ἥβη* est intemperantia gaudii, *ἀκολασία,* ut Hesychius interpretatur. Eorum errorem, qui *σκάφος ὁλκὰς* coniunxerunt, *ὁλκὰς* pro adiectivo habentes, ut Scaliger, notavit illo quem dixi loco Lobeckius, accusativum esse monens *σκάφος.* Itaque recte accentu notatum *ὥς* in Vict. Non puto tamen *σκάφος* cum Lobeckio ad *ὁλκὰς* referendum esse, ut dicat Cyclops *γεμισθείς, ὡς ὁλκὰς τὸ σκάφος,* sed ad ipsum Cyclopem, *τὸ σκάφος γεμισθείς, ὥς ὁλκάς.*

511. Boissonadus edidit *ὑπάγει με χόρτος εὔφρων.*

513. Barnesius scripsit contra libros *ἐπὶ Κύκλωπάς τ' ἀδελφούς.*

514. Edd. vett. *φέρ' ἀσκὸν ἐν δόμοις.* Par. E. Flor. 1. 2. *φέρ' ἀσκὸν ἔνδος μοι,* quod primus recepit Musgravius.

515. Adscripta in libris erat chori persona. Habent autem *καλὸν ὄμμασι δεδορκὼς, καλὸν ἐκπερᾷ μελάθρων. φιλεῖ τις ἡμᾶς.* Barnesius dedit *ὄμμασιν.*

καλὸς ἐκπερᾷ μελάθρων.
φίλος ὢν φιλεῖ τις ἡμᾶς.
λύχνα δ' ἀμμένει διαὶ σὸν
χρόα σ' ὡς τέρεινα νύμφα
δροσερῶν ἔσωθεν ἄντρων.
στεφάνων δ' οὐ μία χροία
περὶ σὸν κρᾶτα τάχ' ἐξομιλήσει.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Κύκλωψ, ἄκουσον, ὡς ἐγὼ τοῦ Βακχίου
θεοῦ τρίβων εἴμ', ὃν πιεῖν ἔδωκά σοι.

ΚΥΚΛΩΨ.

ὁ Βάκχιος δέ τις θεὸς νομίζεται;

---

516. Libri *καλὸν ἐκπερᾷ μελάθρων.* Quare Canterus scribi volebat *μέλαθρον.* Recte vero Scaliger *καλός*, quod sententiae ratio postulat- Invenustum est, quod L. Dindorfio et P. Campero ad Electr. p. 206. placuit, positum hic *καλόν*, aeque ut prius *καλόν*, ad *ὄμμασιν δεδορκὼς* pertinere.

517. Libri nihil amplius in hoc versu quam *φιλεῖ τις ἡμᾶς.* Mutilati versus supplementum, quod proposuit Musgravius, *καλὸς ὢν*, recepit Boissonadus. At non hoc, sed *φίλος ὢν φιλεῖ τις ἡμᾶς* sententia requirebat.

518. Edd. vett. *λύχνα δ' ἀμμένα δάϊα, σὸν χρόα, χ' ὡς τέρεινα νύμφα δροσερῶν ἔσωθεν ἄντρων.* Par. G. *ἀμμένει δάϊα.* Flor. 1. 2. *ἀμμεὶ δάϊα.* Vict. *ἀμμένει.* In Elem. d. metr. p. 496. scribendum dixi, *λύχνα δ' ἀμμένει διαὶ σὸν χρόα.* Antiatticista in Bekkeri Anecd. p. 106, 8. *λύχνα. οὐδετέρως. Ἡρόδοτος δευτέρῳ, Εὐριπίδης Κύκλωπι.* Vide Boissonad. ad Herodiani Epimerism. p. 79.

519. Male libri *χ' ὡς.* Scribendum erat *σ', ὡς*, ut *ἀμμένει σε* coniungerentur. Nam hoc dicunt: *lucernae te propter formam tuam exspectant: nam intus est in antro tenera sponsa.* Ambiguis verbis ardentem titionem significant.

521. Edd. vett. *χρόα.* Barnesius *χροία.*

524. Libri *ὡς ἐγὼ τοῦ Βακχίου τούτου τρίβων εἴμ', ὃν πιὼν ἔδωκά σοι.* Pro *τούτου* scripsi *θεοῦ*, quod postulant sequentia. Ortum illud videtur ex *τοῦ θεοῦ.* Deinde *πιεῖν* reposuit Canterus, allatum ut ex Mss. a Stephano.

525. Legebatur *ὁ Βάκχιος δὲ τίς θεὸς νομίζεται;* At non qui deus, sed an aliquis deus esset, quaerendum erat. Quare *δέ τις* scripsi.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

μέγιστος ἀνθρώποισιν εἰς τέρψιν βίου.

ΚΥΚΛΩΨ.

ἐρυγγάνω γοῦν αὐτὸν ἡδέως ἐγώ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τοιόςδ' ὁ δαίμων· οὐδένα βλάπτει βροτῶν.

ΚΥΚΛΩΨ.

θεὸς δ' ἐν ἀσκῷ πῶς γέγηθ' οἴκους ἔχων;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὅπου τιθῇ τις, ἐνθάδ' ἐστὶν εὐπετής.

ΚΥΚΛΩΨ.

οὐ τοὺς θεοὺς χρὴ σῶμ' ἔχειν ἐν δέρμασιν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί δ', εἴ σε τέρπει γ'; ἢ τὸ δέρμα σοι πικρόν;

ΚΥΚΛΩΨ.

μισῶ τὸν ἀσκόν· τὸ δὲ ποτὸν φιλῶ τόδε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

μένων νυν αὐτοῦ πῖνε κεὐθύμει, Κύκλωψ.

---

529. Edd. vett. et codd. Florentini οἴνους. Canterus restituit οἴκους.

530. Libri τιθεῖ. Porsoni monitu ad Orest. 141. Matthiae restituit τιθῇ.

531. Libri σῶμ' ἔχειν ἐν δέρμασι, nisi quod Florentini δέρμασιν. Temere cum Musgravio novissimi editores δῶμ' ex Piersoni coniectura ediderunt, praeter Bothium, cui videbatur careri ea mutatione posse. Immo pessima est, non solum quod idem iam dictum est v. 529. sed etiam quod ipsa verba ostendunt, indecorum esse dici, si vestitus pellibus sit deus.

534. Edd. vett. μένων οὖν. Canterus, Par. G. Flor. 1. 2. μένων νυν.

ΚΥΚΛΩΨ.

οὐ χρή μ' ἀδελφοῖς τοῦδε προςδοῦναι ποτοῦ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἔχων γὰρ αὐτὸς τιμιώτερος φανεῖ.

ΚΥΚΛΩΨ.

διδοὺς δὲ τοῖς φίλοισι χρησιμώτερος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πυγμὰς ὁ κῶμος λοίδορόν τ' ἔριν φιλεῖ.

ΚΥΚΛΩΨ.

μεθύωμεν· ἔμπας δ' οὔτις ἂν ψαύσειέ μου.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὦ 'τάν, πεπωκότ' ἐν δόμοισι χρὴ μένειν.

ΚΥΚΛΩΨ.

ἠλίθιος ὅςτις μὴ πιὼν κῶμον φιλεῖ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὃς δ' ἂν μεθυσθείς γ' ἐν δόμοις μείνῃ, σοφός.

ΚΥΚΛΩΨ.

τί δρῶμεν, ὦ Σειληνέ; σοὶ μένειν δοκεῖ;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

δοκεῖ· τί γὰρ δεῖ συμποτῶν ἄλλων, Κύκλωψ;

ΚΥΚΛΩΨ.

καὶ μὴν λαχνῶδές γ' οὖδας ἀνθηρᾶς χλόης.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

καὶ πρός γε θάλπος ἡλίου πίνειν καλόν.
κλίθητί νύν μοι πλευρὰ θεὶς ἐπὶ χθονός.

---

545. Libri λαχνῶδες τοὖδας. Porsono auctore ad Phoen. 1638. et in Adv. p. 38. Matthiae λαχνῶδές γ' οὖδας.

ΚΥΚΛΩΨ.

ἰδού·
τί δῆτα τὸν κρατῆρ᾽ ὄπισθέ μου τίθης;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ὡς μή παριών τις καταλάβῃ.

ΚΥΚΛΩΨ.

πίνειν μὲν οὖν
κλέπτων σὺ βούλει· κάτθες αὐτὸν εἰς μέσον.
σὺ δ᾽, ὦ ξέν᾽, εἰπὲ τοὔνομ᾽ ὅ τι σε χρὴ καλεῖν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οὖτιν· χάριν δὲ τίνα λαβών σ᾽ ἐπαινέσω;

ΚΥΚΛΩΨ.

πάντων σ᾽ ἑταίρων ὕστατον θοινάσομαι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καλόν γε τὸ γέρας τῷ ξένῳ δίδως, Κύκλωψ.

ΚΥΚΛΩΨ.

οὗτος, τί δρᾷς; τὸν οἶνον ἐκπίνεις λάθρα;

---

548. Deest ἰδοὺ in Flor. 1.

549. Flor. 1. τίθεις, suprascripto η.

550. Libri παρών τις. Recepi Reiskii emendationem παριών τις. Ineptum est enim παρών, qnia praesenti eripi potest: non potest autem ei eripi, qui quum praeteriens abstulit, procul abiit.

551. Ald. et Par. E. G. κάτθες. Flor. 1. κάτθ᾽. Hervagianae, Brub. Cant. κάθες. Barnesius ex Scaligeri et Casauboni coniectnra κατάθες.

552. Vid. Odyss. IX. 355. seqq.

554. Libri ὕστερον. Scripsi ὕστατον. Homerus Od. IX. 369.
Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι μετὰ οἷς ἑτάροισιν,
τοὺς δ᾽ ἄλλους πρόσθεν· τὸ δέ τοι ξεινήϊον ἔσται.

555. Lentingius quum ad Medeam p. 94. hunc versum Sileno tribui vellet, non cogitavit hunc non loqui nunc, sed bibere.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὔκ, ἀλλ' ἔμ' οὗτος ἔκυσεν, ὅτι καλὸν βλέπω.

ΚΥΚΛΩΨ.

κλαύσει, φιλῶν τὸν οἶνον οὐ φιλοῦντά σε.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ναὶ μὰ Δί', ἐπεί μού φησ' ἐρᾶν ὄντος καλοῦ.

ΚΥΚΛΩΨ.

ἔγχει, πλέων δὲ τὸν σκύφον. δίδου μόνον.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

πῶς οὖν κέκραται; φέρε διασκεψώμεθα.

ΚΥΚΛΩΨ.

ἀπολεῖς· δὸς οὕτως.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ναὶ μὰ Δί' οὐ πρὶν ἄν γε σὲ
στέφανον ἴδω λαβόντα, γεύσωμαί τ' ἔτι.

---

559. Libri φῄς. Correxit Florens Christianus.

560. In libris scriptum: ἔγχει. πλέων δὲ τὸν σκύφον δίδου μόνον. Tyrwhittus coniecit: ἔγχει. πλέων δὲ τὸ σκύφος· δίδου μόνον. *Eleganter*, inquit Matthiae, *nisi quod in eiusmodi* μιμήσει *vix accommodatum est* δέ. Vidisset accommodatissimum esse, si animadvertisset non alia quam interpunctionis mutatione opus fuisse: ἔγχει, πλέων δὲ τὸν σκύφον. δίδου μόνον. *Infunde, sed plenum scyphum.* Nam ἐγχέω etiam cum accusativo vasis, in quod quid infunditur, construi notum est. Veretur Cyclops, ne ille non plenum sibi scyphum daturus sit: ubi sat vini infusum putat, dicit δίδου μόνον.

562. Edd. vett. δὸς οὕτω. Par. E. G. Flor. 1. 2. δὸς οὕτως. Tyrwhittus δὸς οὗτος, probante Porsono ad Aristoph. Vesp. 632. Recte librorum scripturam defendit Lentingius ad Androm. 549. *Da*, inquit, *sic*, i. e. sine exploratione. Deinde edd. vett. οὐ πρὶν ἂν σέ γε. Ex Canteri ed. recepta ab reliquis mutatio accentus, οὐ πρὶν ἄν σέ γε. Aut scribendum erat οὐ πρὶν ἂν σέ τε, aut probandum, quod Flor. 1. 2. Vict. praebent οὐ πρὶν ἂν γέ σε, sed mutatis accentibus.

ΚΥΚΛΩΨ.

ᾠνοχόος ἄδικος.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ᾧνος γλυκύς.
ἀπομυκτέον δέ σοί γ', ὅπως λήψει πιεῖν.

ΚΥΚΛΩΨ.

ἰδού, καθαρὸν τὸ χεῖλος αἱ τρίχες τέ μου.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

θές νυν τὸν ἀγκῶν' εὐρύθμως, κᾆτ' ἔκπιε,
ὥςπερ μ' ὁρᾷς πίνοντα χὤςπερ οὐκ ἐμέ.

ΚΥΚΛΩΨ.

ἃ ἅ, τί δράσεις;

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ἡδέως ἠμύστισα.

ΚΥΚΛΩΨ.

λαβών, ξέν', αὐτὸς οἰνοχόος σύ μοι γενοῦ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

γιγνώσκεται γοῦν ἡ ἄμπελος τἠμῇ χερί.

---

564. Edd. vett. ὦ οἰνοχόος ἄδικος. *Σιλ.* ναὶ μὰ Δί'. Canteri monitu in Nov. lectt. II. 7. Barnesius ᾠνοχόος. In Flor. 1. 2. omissum ναὶ, malum supplementum metrici, quod οὐ esse debebat. Tum edd. vett. ὦνος. Vict. Barnes. ut Canterus iussit, ᾧνος.

568. Edd. vett. ὥςπερ ὁρᾷς. Flor. 1. 2. Vict. Scaliger, Barnes. ὥςπερ μ' ὁρᾷς. Recte hunc versum explicat Boissonadus, cuius haec verba sunt: *Antequam poculum ori admoveat*, ὥςπερ μ' ὁρᾷς πίνοντα *ait; et epoto subiungit* χὤςπερ οὐκ ἐμέ. *Et tam rapide pleno se vasculo proluit, ut vix prius hemistichium ab altero separaverit. In hac celeritate iocus: u t v i d e s, i a m q u e n o n v i d e s.*

570. Legebatur αὐτὸς οἰνοχόος γέ μου γενοῦ, quod mirum est patienter tulisse editores.

571. Quod plene scriptum in libris erat, Barnesius et Matthiae scripserunt ἡ 'μπελος.

ΚΥΚΛΩΨ.

φέρ' ἔγχεόν νυν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐγχέω, σίγα μόνον.

ΚΥΚΛΩΨ.

χαλεπὸν τόδ' εἶπας, ὅςτις ἂν πίνῃ πολύν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἰδού λαβὼν ἔκπιθι καὶ μηδὲν λίπῃς.
συνεκθανεῖν δὲ σπῶντα χρὴ τῷ πώματι.

ΚΥΚΛΩΨ.

παπαῖ, σοφόν γε τὸ ξύλον τῆς ἀμπέλου.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

κἂν μὲν σπάσῃ γε δαιτὶ πρὸς πολλῇ πολύν,
τέγξας ἄδιψον νηδύν, εἰς ὕπνον βαλεῖ·
ἢν δ' ἐκλίπῃς τι, ξηρανεῖ σ' ὁ Βάκχιος.

ΚΥΚΛΩΨ.

ἰοὺ ἰού,
ὡς ἐξένευσα μόγις· ἄκρατος ἡ χάρις·
ὁ δ' οὐρανός μοι συμμεμιγμένος δοκεῖ
τῇ γῇ φέρεσθαι, τοῦ Διός τε τὸν θρόνον

---

572. Pro ἔγχεον νῦν L. Dindorfius et Boissonadus ἔγχεόν νυν.

575. Quum in libris legeretur *συνεκθανεῖν δὲ σιγῶντα χρή*, Casaubonus intellexit *σπῶντα* scribendum esse. Non recte tamen interpretatus est: *decet enim potatorem strenuum non ante bibendo defatigari, quam bibentem simul vita et vinum deficiant.* Non attenderat enim ad propriam potestatem verbi huius *ἐκθανεῖν*, quod significat *intermori*, *deliquium animi pati*. Nam Ulixes bibere Cyclopem iubet usque dum vires eum deficiant.

576. Vulgo *παπαί*. Correxit L. Dindorfius.

578. Libri *βαλεῖς*. Recte Musgravius scribendum censuit *βαλεῖ*, quod Matthiae ne commemoravit quidem.

583. Edd. τοῦ *Διὸς δὲ*. Matthiae ex Flor. 1. 2. Vict. restituit τοῦ *Διός τε*.

λεύσσω, τὸ πᾶν τε δαιμόνων ἁγνὸν σέβας.
οὐκ ἂν φιλήσαιμ'· αἱ Χάριτες πειρῶσί με.
ἅλις Γανυμήδην τόνδ' ἔχων ἀναπαύσομαι
κάλλιστα, νὴ τὰς Χάριτας. ἥδομαι δέ πως
τοῖς παιδικοῖσι μᾶλλον ἢ τοῖς θήλεσιν.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ἐγὼ γὰρ ὁ Διός εἰμι Γανυμήδης, Κύκλωψ;

ΚΥΚΛΩΨ.

ναὶ μὰ Δί', ὃν ἁρπάζω γ' ἐγὼ 'κ τῆς Δαρδάνου.

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

ἀπόλωλα, παῖδες· σχέτλια πείσομαι κακά.

ΧΟΡΟΣ.

μέμφει τὸν ἐραστὴν, κἀντρυφᾷς, πεπωκότα;

---

585. Edd. vett. *οὐκ ἂν φιλήσαι μ' αἱ Χάριτες πειρῶσί με.* Atque etiam Par. G. *αἱ Χάριτες.* Pro *αἱ* in Canteri editione est *εἰ*, non, ut Musgravius refert, in Aldina. Hinc deinceps edebatur *οὐκ ἂν φιλήσαιμ', εἰ Χάριτες πειρῶσί με.* Non esset hoc reiiciendum, si optativns *πειρῷεν* esset adiunctus. Verum lepidissime, visus sibi tentantes se Gratias conspicere, dicit *οὐκ ἂν φιλήσαιμ'*, et deinde Ulixi Silenoque indicat, quid videat: *αἱ Χάριτες πειρῶσί με.*

587. In Aldina quum recte scriptum esset *ἥδομαι δέ πως*, corruptnm id est in iis quae sequutae sunt in *ἥδομαι δὲ πῶς.*

589. Lentingius ad Med. p. **94.** interrogationis signum huic versui adiiciendum vidit, quod fecit L. Dindorfius.

590. Matthiae quum librorum scripturam *τοῦ Δαρδάνου* in *τοῦ Γαργάρου* mutasset, postea assensus est Musgravio domum Dardani significari. Id opinor Euripides *ἐκ Δαρδάνου* maluisset quam cum articulo dicere. Ego *ἐκ τῆς Δαρδάνου* scripsi. Strabo XIII. p. **587.** *ἐν δὲ τῇ μεθορίᾳ τῆς Κυζικηνῆς καὶ τῆς Πριαπηνῆς ἐστὶ τὰ Ἁρπαγεῖα τόπος, ἐξ οὗ τὸν Γανυμήδην μυθεύουσιν ἡρπάχθαι· ἄλλοι δὲ περὶ Δαρδάνιον ἄκραν, πλησίον Δαρδάνου.* Dum haec dicit Cyclops, invadit Silenum, quem arreptum vi trahit in antrum.

592. In edd. vett. hic et sequens versus choro tributi. Canterus priorem tantum choro reliquit, alterum videns Sileni esse. Dubitari potest, si v. **593.** *ὕπνον* legitur, an Cyclopi ad-

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

οἴμοι· πικρότατον οἶνον ὄψομαι τάχα.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἄγε δή, Διονύσου παῖδες, εὐγενῆ τέκνα,
ἔνδον μὲν ἀνήρ, ὥςθ' ὕπνῳ παρειμένος
τάχ' ἐξ ἀναιδοῦς φάρυγος ὠθήσει κρέα.
δαλὸς δ' ἔσωθεν αὐλίων ὠθεῖ καπνόν.
παρευτρέπισται δ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν πυροῦν
Κύκλωπος ὄψιν· ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσει.

ΧΟΡΟΣ.

πέτρας τὸ λῆμα κἀδάμαντος ἕξομεν.

---

scribendus sit v. **592.** Sed quum pro *ὕπνον* plerique libri *οἶνον* praebeant, recte datus est choro. Legebatur autem *μέμφῃ τὸν ἐραστὴν, κἂν τρυφαῖς πεπωκότα.* Merito laudavit Musgravius emendationem Casauboni, *κἀντρυφᾷς πεπωκότι*, quam Matthiae aliique receperunt. Sed tamen non opus erat *πεπωκότα* mutari, si distingueretur, *μέμφει τὸν ἐραστὴν, κἀντρυφᾷς, πεπωκότα,* de quo genere loquendi disputavit E. Wunderus in censura Aiacis Lobeckiani p. **131.** seqq.

593. In Musgravii editione casu an consilio distinctum: *οἴμοι· πικρότατον ὕπνον· ὄψομαι τάχα.* Edd. vett. *οἴμοι πικρότατον ὕπνον ὄψομαι τάχα.* Defendi *ὕπνον* potest, si refertur ad id quod Cyclops dixerat *ἅλις Γανυμήδην τόνδ' ἔχων ἀναπαύσομαι κάλλιστα.* Sed aptius est, quod ex Par. E. G. Flor. I. 2. et margine Vict. reposuit Matthiae, *πικρότατον οἶνον ὄψομαι τάχα.* Nam quum chorus dixerit, *vituperas et contemnis amatorem, qui appotus est?* non debere sperni ab Sileno talem amatorem significat, qui aeque ut ipse vinosus sit. Iam igitur hic recte conqueritur, quod sibi vinum nunc acerbum evadat.

595. In edd. vett. scriptum: *ἔνδον μὲν ἀνὴρ τῷδ' ὕπνῳ παρειμένος, τάχ'* etc. Distinxit post *ἀνὴρ* Musgravius, scripsitque *τῷ δ' ὕπνῳ*, quod deinde receptum. Isti articulo hic non est locus. Scripsit Euripides *ὥςθ' ὕπνῳ παρειμένος.*

596. Edd. vett. *φάρυγγος ὠθήσῃ.* Par. G. Flor. 1. 2. *ὠθήσει.*

598. De singulari usu huius verbi, *παρευτρέπισται*, monuit Scaliger. Apparando praetermissum esse nihil, nisi ut exurant oculum, significatur.

χώρει δ' ἐς οἴκους, πρίν τι τὸν πατέρα παθεῖν
ἀπάλαμνον, ὡς τἀνθένδε σοὔστιν εὐτρεπῆ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἥφαιστ' ἄναξ Αἰτναῖε, γείτονος κακοῦ
λαμπρὸν πυρώσας ὄμμ' ἀπαλλάχθηθ' ἅπαξ,
σύ τ', ὦ μελαίνης Νυκτὸς ἐκπαίδευμ', Ὕπνε,
ἄκρατος ἐλθὲ θηρὶ τῷ θεοστυγεῖ,
καὶ μὴ 'πὶ καλλίστοισι Τρωϊκοῖς πόνοις
αὐτόν τε ναύτας τ' ἀπολέσητ' Ὀδυσσέα
ὑπ' ἀνδρός, ᾧ θεῶν οὐδέν, οὐ βροτῶν μέλει.
ἢ τὴν τύχην μὲν δαίμον' ἡγεῖσθαι χρεών,
τὰ δαιμόνων δὲ τῆς τύχης ἐλάσσονα.

ΧΟΡΟΣ.

λήψεται τὸν τράχηλον
ἐντόνως ὁ καρκίνος

---

601. Edd. vett. *πρίν τι τὸν πατέρα μαθεῖν ἀπαλλαγμόν.* Par. G. Flor. 1. 2. Vict. *παθεῖν.* Par. E. *μαθεῖν ἀπαλαγμόν.* Emendavit Canterus.

602. Ald. *ὡς σοὶ τἀνθένδ' ἐστὶν εὐπρεπῆ.* Herv. Brub. *ὥς σοι*, ut Scaliger, quem *ὥς σοι τἀνθάδ' ἐστὶν εὐτρεπῆ* scribentem Barnesius et caeteri sunt sequuti. Matthiae de his nihil nisi, quod mireris, adnotavit: *Ald. rell. τἀνθένδ', recte. τἀνθάδ' Barnes. Musgrav. e Scaligeri coniectura. E Florr. nihil notatum ut hos etiam τἀνθάδ' habere coniicias.* Recte sane edd. vett. *τἀνθένδ'*, sed ita tantum, si scribitur *ὡς τἀνθένδε σοὔστιν εὐτρεπῆ.*

604. Permira narrat Matthiae: *ἀπαλλάχθηθ' ἅπαξ non* libera nos, *ut vertit Aem. Portus, sed* libera te uno ictu: *nam ut omnibus diis, sic Vulcano molestus esse fingitur Polyphemus.* Unde hoc didicit? Immo *πυρώσας ἀπαλλάχθητι ἅπαξ τοῦ πυρῶσαι.*

608. Flor. 1. 2. *αὐτήν τε.* Inutili sana sollicitandi cupiditate Piersonus coniiciebat *αὐτοῖσι ναύταις ἀπολέσητ' Ὀδυσσέα.* Si quidquam mutandum esset, poterat facilius *αὐτόν τε ναύτας τ' ἀπολέσητ' Ὀδυσσέως.*

609. Libri *ᾧ θεῶν οὐδὲν ἢ βροτῶν μέλει.* Non tam languide loquentem Euripides fecit Ulixem. Scribendum erat *οὐ βροτῶν μέλει.*

613. Non nodus quidam est *καρκίνος*, sed forceps. Refe-

τοῦ ξένων δαιτυμόνος· πυρὶ γὰρ τάχα
φωςφόρους ὀλεῖ κόρας·
ἤδη δαλὸς ἠνθρακωμένος
κρύπτεται εἰς σποδιάν, δρυὸς ἄσπετον ἔρνος.
ἀλλ' ἴτω Μάρων, πρασσέτω·
μαινομένου 'ξελέτω βλέφαρον
Κύκλωπος, ὡς πίῃ κακῶς.
κἀγὼ τὸν φιλοκισσοφόρον Βρόμιον

---

runtur enim omnia ad titionem, collumque tantummodo propterea nominatur, quod *ἀνθρωποφαγία* Cyclopis punienda est.

614. Versum haberemus dactylicum tetrametrum, si audacius formato vocabulo *ξενοδαιτυμόνος* legeretur, sicuti v. **660.** *ξενοδαίτας* dictus est Cyclops.

615. In edd. vett. sic interpungitur: *πυρὶ γὰρ τάχα φωςφόρους ὀλεῖ κόρας. ἤδη δαλὸς ἠνθρακωμένος κρύπτεται εἰς σποδιὰν, δρυὸς ἄσπετον ἔρνος.* Reiskius sublatam post *κόρας* distinctionem poni post *ἠνθρακωμένος* volebat. Id quum in sua editione admisisset Matthiae, in adnotatione, ne *τάχα* et *ἤδη* in una sententia coniungerentur, veriorem iudicans veterem interpunctionem, tamen aliam commendavit huiusmodi: *πυρὶ γὰρ τάχα φωςφόρους ὀλεῖ κόρας. ἤδη δαλὸς ἠνθρακωμένος· κρύπτεται εἰς σποδιὰν δρυὸς ἄσπετον ἔρνος.* Haec recepta in Dindorfianis et Bothiana. Patet falsam esse rationem, qua adversus Reiskium usus est Matthiae: non enim pugnant inter se *τάχα* et *ἤδη*, quod alterum ad *ὀλεῖ*, alterum ad *ἠνθρακωμένος* refertur. Dura vero et inconcinna est, quam ab eo alii acceperunt interpunctio, non solum quod *ἠνθρακωμένος* pro *ἠνθράκωται* dictum putari deberet, sed etiam quod quae sequuntur non nexa essent cum praecedentibus. Vera est vetus interpunctio, quae propter *ἤδη* non indiget copula, habetque aptissimam titionis amplificationem in adiectis *δρυὸς ἄσπετον ἔρνος.*

619. In libris haec sic scripta sunt:

ἀλλ' ἴτω Μάρων·
πρασσέτω μαινόμενος·
ἐξελέτω βλέφαρον
Κύκλωπος, ὡς πίῃ κακῶς.

Horum versuum secundus nec numeros iustos habet, neque aptam praebet sententiam. Qui aliquid horum senserunt, non invenerunt accommodatum remedium, Brodaeus, scribi iubens *πρασσέτω μαινόμενον*, quod sit *reddat furentem;* Musgravius, *πρασσέτω μιαινόμενος* coniiciens, quod interpretatus est *ultionem repetat violatus.* Scribendum erat distinctione post *πρασσέτω* facta, *μαινομένου 'ξελέτω βλέφαρον Κύκλωπος.*

ποθεινὸν εἰςιδεῖν θέλω,
Κύκλωπος λιπὼν ἐρημίαν.
ἆρ' ἐς τοσόνδ' ἀφίξομαι;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

σιγᾶτε πρὸς θεῶν, θῆρες, ἡσυχάζετε,
συνθέντες ἄρθρα στόματος· οὐδὲ πνεῖν ἐῶ,
οὐ σκαρδαμύσσειν, οὐδὲ χρέμπτεσθαί τινα,
ὡς μὴ 'ξεγερθῇ τὸ κακόν, ἔςτ' ἂν ὄμματος
ὄψις Κύκλωπος ἐξαμιλληθῇ πυρί.

ΧΟΡΟΣ.

σιγῶμεν ἐγκάψαντες αἰθέρα γνάθοις.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἄγε νυν ὅπως ἅψεσθε τοῦ δαλοῦ χεροῖν
ἔσω μολόντες· διάπυρος δ' ἐστὶν καλῶς.

ΧΟΡΟΣ.

οὔκουν σὺ τάξεις οὕςτινας πρώτους χρεὼν
καυτὸν μοχλὸν λαβόντας ἐκκαίειν τὸ φῶς
Κύκλωπος, ὡς ἂν τῆς τύχης κοινώμεθα;

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α'.

ἡμεῖς μέν ἐσμεν μακρότερον, πρὸ τῶν θυρῶν

---

624. Hic *ἐς*, non *εἰς*, praebent edd. vett.

631. Barnesius *ἅψησθε* edidit.

632. Ald. Herv. 1. *διὰ πυρὸς δ' ἐστὶ καλῶς.* Flor. 1. 2. Vict. *διάπυρος*, ut iam in Herv. 2. correctum. Sed Flor. 1. *διάπυρος ἔξεστι.*

633. Chori personam non notatam in Aldina, addidit Herv. 2. Brodaeus haec ab hemichorio dici censebat. Legebatur autem *οὐκοῦν*, neque erat his versibus signum interrogationis additum.

634. Libri *καὶ τὸν μοχλόν.* Quare Piersonus ante hunc versum poni volebat versum 637. *ἑστῶτες* in *ἑστῶτας* mutato: quod reiecerunt Musgravius et Matthiae, quia bis idem diceretur. Scaligeri emendationem *καυστὸν μοχλὸν* iam Barnesius recepit. Facilius etiam *καυτὸν* est. Deinde Flor. 1. Vict. *ἐκκάειν.*

636. Edd. vett. haec choro tribuunt. Brodaeus hemichorii

ἑστῶτες, ὠθεῖν πρὸς τὸν ὀφθαλμὸν τὸ πῦρ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

ἡμεῖς δὲ χωλοί γ' ἀρτίως γεγενήμεθα.

ΧΟΡΟΣ.

ταὐτὸν πεπόνθατ' ἄρ' ἐμοί.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

τοὺς γὰρ πόδας
ἑστῶτες ἐσπάσθημεν οὐκ οἶδ' ἐξ ὅτου.

---

personam adscripsit, quem sequuti sunt Canterus et caeteri. Legebatur vulgo ἡμεῖς μέν ἐσμεν μακρότεροι. Scaliger et Canterus coniecerunt μικρότεροι. Matthiae μακρότερον vel μακροτέρω, quorum prius deinde ab aliis receptum.

637. Edd. vett. πρὸς τὸν ὀφθαλμόν. Matthiae aliique ex Flor. 1. 2. ἐς τὸν ὀφθαλμόν. Accommodatius hic πρός.

639. In edd. vett. priora huius versus verba Ulixi, reliqua choro tributa. Musgravius utrumque versum uni hemichorio adscribendum censuit. Matthiae quique eum sequuti sunt, inde a v. 636. usque ad 642. omnia inter duo hemichoria diviserunt, vereor ne non recte. Nam hemichoria de se numero plurali loquuntur, singulari autem is, qui dicit ταὐτὸν πεπόνθατ' ἄρ' ἐμοί. Deinde ille, qui mirabundus quaerit: ἑστῶτες ἐσπάσθητε; dum aliis vanam excusationem obiicit, fortis videri vult, quod in neutro hemichorio reperimus. Quod si consideramus versus 633—635. quos non dubium est a coryphaeo pronunciari, intelligi posse videtur, qua arte Euripides hoc colloquium composuerit. Nam coryphaeus, ut suam gregisque sui virtutem iactet, primo quaerit, quos primos aggredi Cyclopem velit Ulixes, sperans alios quam se delectum iri. Iam hemichoriis praetexentibus aliquid, quo sese periculo subtrahant, se quoque dicit claudum factum esse, quo simul sibi quoque excusationem muniat, sed tamen quasi ea non usurus. Quin perseverat in ostentatione fortitudinis suae, quum refutat illos, qui ἑστῶτες ἐσπάσθημεν dicunt. Iam vero quum ut ignavos contemni ab Ulixe Satyros videt, defendit se et gregem suum, atque ut dissimulet formidinem, incantatione se effecturum ait id, quod manibus suis facere non audet. Itaque his, quae coryphaeus dicit, chori nomen adscripsi. Caeterum edd. vett. ἄρ'. Matthiae ἀρ'.

641. Matthiae ex Par. G. et Flor. 1. 2. τά γ' ὄμματα affert pro τάδ' ὄμματα, fidens ut videtur Musgravio, qui Aldinam τάδ' ὄμματα habere ait. At consentit Aldina cum codd.

ΧΟΡΟΣ.

ἑστῶτες ἐσπάσθητε;

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

καὶ τά γ' ὄμματα
μέστ' ἐστὶ κόνεως ἧμιν ἢ τέφρας ποθέν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἄνδρες πονηροὶ κοὐδὲν οἵδε σύμμαχοι.

ΧΟΡΟΣ.

ὁτιὴ τὸ νῶτον τὴν ῥάχιν τ' οἰκτείρομεν,
καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκβαλεῖν οὐ βούλομαι
τυπτόμενος, αὕτη γίγνεται πονηρία;
ἀλλ' οἶδ' ἐπῳδὴν Ὀρφέως ἀγαθὴν πάνυ,
ὡς αὐτόματον τὸν δαλὸν εἰς τὸ κρανίον
στείχονθ' ὑφάπτειν τὸν μονῶπα παῖδα γῆς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πάλαι μὲν ᾔδη σ' ὄντα τοιοῦτον φύσει,

---

istis, *τάδ' ὄμματα* autem ex Hervag. 1. 2. in sequiores edd. venit.

642. Edd. vett. *μέτεστιν ἡμῶν κόνεως*. Scaliger: *μέστ' ἐστὶν ἡμῶν κόνιος*. Ac *κόνιος* recepit Barnesius. Musgravius dedit *κόνεος*, nescio cuius dialecti formam, quam tamen receperunt Matthiae aliique. Mirum vero, quod Musgravius, quum elegantius fore *ἧμιν* diceret, non scripsit *μέστ' ἐστὶ κόνεως ἧμιν*.

643. Libri *ἄνδρες*. Puto *ἅνδρες*, inquit Matthiae. Ergo ita ediderunt alii. Non opus esse ista correctione, quum *οἵδε* subiectum sit, quivis videt.

646. Edd. vett. signum interrogandi post *τυπτόμενος* habent, quod cum virgula commutarunt Barnesius et Musgravius. Post *πονηρία* ponendum fuisse, Matthiae in adnotatione intellexit.

649. Si Euripides Cyclopem, quem Homerus ex Thoosa nympha natum dixit, non *παῖδα γῆς* vocavit, quia Hesiodus Terram matrem Cyclopum fecit, certe non est propterea ista appellatione usus, quod Polyphemus ut Gigantes hostis deorum esset: quae Barnesii opinio fuit, probata Musgravio: sed potius, ut Brodaeus iudicavit, quod esset corporis magnitudine et forma enormi et monstrosa.

650. Edd. vett. *ᾔδειν σ'*. Ex Brodaei editione *ᾔδει σ'* ve-

νῦν δ' οἶδ' ἄμεινον. τοῖσι δ' οἰκείοις φίλοις
χρῆσθαί μ' ἀνάγκη. χειρὶ δ' εἰ μηδὲν σθένεις,
ἀλλ' οὖν ἐπεγκέλευέ γ', ὡς εὐψυχίαν
φίλων κελευσμοῖς τοῖσι σοῖς κτησώμεθα.

ΧΟΡΟΣ.

δράσω τάδ'. ἐν τῷ Καρὶ κινδυνεύσομεν.
κελευσμάτων δ' ἕκατι τυφέσθω Κύκλωψ.
ἰὼ ἰώ, γενναιότατοι,
ὠθεῖτε, σπεύδετε,
ἐκκαίετ' ὀφρὺν
θηρὸς τοῦ ξενοδαίτα.
τύφετ' ὦ, καίετ' ὦ,
τὸν Αἴτνας μηλονόμον.
τόρνευ', ἕλκε, μή δέ σ' ἐξοδυνηθεὶς
δράσῃ τι μάταιον.

ΚΥΚΛΩΨ.

ᾤμοι, κατηνθρακώμεθ' ὀφθαλμοῦ σέλας.

---

nit in alias: quo factum ut Piersonus ad Moer. p. 174. et Valckenarius ad Hippol. 405. vetustas editiones *ᾔδει σ'* habere dicerent. Atticam formam restitui iussit Heathius.

656. Ald. recte *κελευσμάτων*. Ex Herv. 1. 2. manavit vulgatum *κελευμάτων*.

657. Vulgo uno versu: *ἰώ, ἰώ. γενναιότατα ὠθεῖτε, σπεύδετε.* Matthiae *ἰώ, ἰώ* ut singularem versum separavit, et scripsit *γενναιότατ'*. Mihi propius ad librorum scripturam accedere videbatur *γενναιότατοι*, quod et numerosius est, et nescio an etiam ad sententiam accommodatius. Nam et appellari aliquo nomine eos qui opus aggrederentur conveniebat, et aliquid faceti habet eiusmodi appellatio, qua generosi vocantur, quos chorus stulta temeritate se periculo obiicere putat.

659. Legebatur *ἐκκαίετε τὴν ὀφρὺν*. Id saltem *τὰν ὀφρὺν* scribendum erat. Sed veri similius est articulum a glossatoribus esse appositum.

661. Codd. et edd. vett. *τυφέτω, καιέτω*. Correxit Musgravius.

663. Errabat Musgravius, quum *ἕλκου*, *saucia*, scribi vel-

ΧΟΡΟΣ.

καλός γ' ὁ παιάν· μέλπε μοι τόνδ', ὦ Κύκλωψ.

ΚΥΚΛΩΨ.

ᾤμοι μάλ', ὡς ὑβρίσμεθ', ὡς ὀλώλαμεν.
ἀλλ' οὔτι μὴ φύγητε τῆσδ' ἔξω πέτρας
χαίροντες, οὐδὲν ὄντες· ἐν πύλαισι γὰρ
σταθεὶς φάραγγος τάσδ' ἐναρμόσω χέρας.

ΧΟΡΟΣ.

τί χρῆμ' ἀϋτεῖς, ὦ Κύκλωψ;

ΚΥΚΛΩΨ.

ἀπωλόμην.

ΧΟΡΟΣ.

αἰσχρός γε φαίνει.

ΚΥΚΛΩΨ.

κἀπὶ τοῖςδέ γ' ἄθλιος.

ΧΟΡΟΣ.

μεθύων κατέπεσες εἰς μέσους τοὺς ἄνθρακας;

ΚΥΚΛΩΨ.

Οὖτίς μ' ἀπώλεσ'.

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ ἄρ' οὐδείς σ' ἠδίκει.

---

let, quod *ἕλκε* occasioni non conveniret. V. ad v. 465. Deinde edd. *μή σ' ἐξοδυνηθείς.* Flor. 1. 2. *δ'* pro *σ'*. Unde scripsi *μὴ δέ σ' ἐξοδυνηθείς.*

666. Edd. ante Barnesium *τόνδε Κύκλωψ.* Barnesius, ut Par. G. Flor. 1. 2. Vict. *τόνδ', ὦ Κύκλωψ.*

669. Homerus Od. IX. 417.

αὐτὸς δ' εἰνὶ θύρῃσι καθέζετο χεῖρε πετάσσας,
εἴ τινά που μετ' ὄεσσι λάβοι στείχοντα θύραζε.

674. Vulgo *ἀπώλεσεν*, quod mutavit Matthiae, et *οὐκ ἄρ' οὐδεὶς ἠδίκει.* Male Porsonus in praefatione Hecubae p. 34. *οὐδ' εἷς.* Matthiae *σ'* inseruit, quod ante eum fecerat Sam. Battie-

ΚΥΚΛΩΨ.

Οὖτίς με τυφλοῖ βλέφαρον.

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ ἄρ' εἶ τυφλός.

ΚΥΚΛΩΨ.

ὡς δὴ σύ.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ πῶς σ' οὔτις ἂν θείη τυφλόν;

ΚΥΚΛΩΨ.

σκώπτεις· ὁ δ' Οὖτις ποῦ 'στιν;

ΧΟΡΟΣ.

οὐδαμοῦ, Κύκλωψ.

ΚΥΚΛΩΨ.

ὁ ξένος, ἵν' ὀρθῶς ἐκμάθῃς, μ' ἀπώλεσεν,
ὁ μιαρός, ὅς μοι δοὺς τὸ πῶμα κατέκλυσεν.

ΧΟΡΟΣ.

δεινὸς γὰρ οἶνος καὶ παλαίεσθαι βαρύς.

---

rius, cuius adnotationes Rambachius addidit Casauboni libro de satyrica poesi p. 172.

675. Edd. ante Barnesium *οὐκ ἆρ' εἶ τυφλός.* Vict. et Barnesius *ἄρ'.*

676. Edd. vett. *ὣς δὴ σύ.* Barnesius *ὡς* sine accentu, vertens *utinam et tu sis talis.* Eum sequuti alii. Recte vero edd. vett. quod est *sic tu sis caecus.* Deinde legebatur: *καὶ πῶς σύ; τίς σ' ἂν θείη τυφλόν;* Flor. 1. 2. *καὶ πῶς σ' οὔτις ἂν θείη τυφλόν;* Ita scribendum esse iam Canterus monuerat, recte ille *οὔτις* ponens.

679. Libri: *ὅς μοι δοὺς τὸ πῶμα κατέκαυσε.* Magna hic cernitur negligentia, qua Matthiae neque Scaligeri coniecturam *κατέκαε*, neque Canteri *κατέκλυσε* commemoravit, quod autem ipse, cum eoque alii, recepit *κατέκλασεν*, quae Musgravii coniectura est, tribuit Reiskio, qui *κατέκλινε* scribi volebat. Mihi optima visa est Canteri emendatio, quae et facillima est, et cum caeteris verbis optime consentit.

680. Libri *οἶνος.* Camperus ad Electr. 581. p. 309. *ᾦνος,*

ΚΥΚΛΩΨ.

πρὸς θεῶν, πεφεύγασ' ἢ μένουσ' εἴσω δόμων;

ΧΟΡΟΣ.

οὗτοι σιωπῇ τὴν πέτραν ἐπήλυγα
λαβόντες ἑστήκασι.

ΚΥΚΛΩΨ.

ποτέρας τῆς χερός;

ΧΟΡΟΣ.

ἐν δεξιᾷ σου.

ΚΥΚΛΩΨ.

ποῦ;

ΧΟΡΟΣ.

πρὸς αὐτῇ τῇ πέτρᾳ.
ἔχεις;

ΚΥΚΛΩΨ.

κακόν γε πρὸς κακῷ· τὸ κρανίον
παίσας κατέαγα.

ΧΟΡΟΣ.

καί σε διαφεύγουσί γε;

---

sine caussa. Hic et sequens versus Cyclopi in cdd. vett. continuabantur. Personas indicavit Reiskius.

681. Edd. vett. *πεφεύγασ', μένουσ'.* In Brodaei editione primum accessit *ἢ*.

682. Hesychius: *ἐπήλυγας. ἐπίπροσθεν.* Quod Reiskius probabiliter ad hunc locum refert. Dicit chorus illos ea parte antri stare, qua sub umbra rupis lateant.

683. Edd. ante Barnesium *χειρός.* *Χερὸς* Florentini et Vict.

684. Edd. vett. *ἐν δεξιᾷ. Κυ. ποῦ;* Matthiae ex Flor. 1. 2. addidit *σου*.

686. Quum in libris legeretur: *ΧΟ. καί σε διαφεύγουσί γε. ΚΥ. οὐ τῇδ', ἐπεὶ τῇδ' εἶπας*, Scaliger, sentiens haec non bene cohaerere, *οὐ τῇδ'* adiici choro volebat. Addendum potius chori

ΚΥΚΛΩΨ.

οὐ τῇδ', ἐπεὶ τῇδ' εἶπας.

ΧΟΡΟΣ.

οὐ ταύτῃ λέγω.

ΚΥΚΛΩΨ.

πῇ γάρ;

ΧΟΡΟΣ.

περιάγουσίν σε πρὸς τἀριστερά.

ΚΥΚΛΩΨ.

οἴμοι· γελῶμαι· κερτομεῖτέ μ' ἐν κακοῖς.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' οὐκέτ', ἀλλὰ πρόσθεν οὗτός ἐστί σου.

ΚΥΚΛΩΨ.

ὦ παγκάκιστε, ποῦ ποτ' εἶ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τηλοῦ σέθεν
φυλακαῖσι φρουρῶ σῶμ' Ὀδυσσέως τόδε.

ΚΥΚΛΩΨ.

πῶς εἶπας; ὄνομα μεταβαλὼν καινὸν λέγεις;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὅπερ γ' ὁ φύσας μ' ὠνόμαζ' Ὀδυσσέα.

---

verbis erat signum interrogationis. Nam quaerenti choro, an etiam diffugiant, *non istic*, inquit ille, *sunt: nam istic dicebas esse.*

690. Libri οὗτος. Florentis Christiani coniectura Οὖτις, probata Musgravio. Matthiae nihil opus esse monuit, quum eam in textum recepisset. Immo etiam invenusta est.

692. Edd. vett. δῶμ' Ὀδυσσέως. Veram scripturam, restitutam a Cantero, praebent Par. E. Flor. 1. 2.

694. In Flor. 1. 2. omissum μ'.

δώσειν δ' ἔμελλες ἀνοσίου δαιτὸς δίκας·
κακῶς γὰρ ἂν Τροίαν γε διεπυρωσάμην,
εἰ μή σ' ἑταίρων φόνον ἐτιμωρησάμην.

ΚΥΚΛΩΨ.

αἰαῖ· παλαιὸς χρησμὸς ἐκπεραίνεται.
τυφλὴν γάρ ὄψιν ἐκ σέθεν σχήσειν μ' ἔφη
Τροίας ἀφορμηθέντος. ἀλλὰ καὶ σέ τοι
δίκας ὑφέξειν ἀντὶ τῶνδ' ἐθέσπισεν,
πολὺν θαλάσσῃ χρόνον ἐναιωρούμενον.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

κλαίειν σ' ἄνωγα· καὶ δέδραχ' ὅπερ λέγω.
ἐγὼ δ' ἐπ' ἀκτὰς εἶμι, καὶ νεὼς σκάφος
ἥσω 'πὶ πόντον Σικελὸν ἔς τ' ἐμὴν πάτραν.

ΚΥΚΛΩΨ.

οὐ δῆτ', ἐπεί σε τῆςδ' ἀποῤῥήξας πέτρας
αὐτοῖσι σὺν ναύταισι συντρίψω βαλών.
ἄνω δ' ἐπ' ὄχθον εἶμι, καίπερ ὢν τυφλός,
δι' ἀμφιτρῆτος τῆςδε προςβαίνων ποδί.

---

695. In Herv. 1. 2. ct caeteris omnibus edd. omissum δ' restituit ex Ald. Flor. 1. 2. Vict. Matthiae.

698. Vulgo αἶ. αἶ.

701. Vulgo ἐθέσπισε. Flor. 1. 2. ἐθέσπισεν.

703. Edd. καὶ δέδορχ' ὅπως λέγω. Casaubonus quod coniecit, καὶ δεδορκότως λέγω, Scaliger ab se annis ante XXXI in ora libri adscriptum dicit. Sed Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. καὶ δέδραχ' ὅπερ λέγω.

704. Flor. 1. κἀγὼ δ'.

705. Matthiae ἔς τ', qnod in edd. est, etiam in Mss. esse ait.

707. Edd. ναύτῃσι. Flor. 1. 2. ναύταισι. Pro συντρίψω Flor. 1. τρίψω.

709. Ald. Herv. 1. δι' ἀμφιτρῆτος, quod reponi iussit Canterus Nov. lectt. II. 21. quum in Herv. 2. δι' ἀμφιτρήτης, in Brub. autem et quae sequutae sunt δι' ἀμφιτρίτης scriptum

ΧΟΡΟΣ.

ἡμεῖς δὲ συνναῦταί γε τοῦδ' Ὀδυσσέως
ὄντες τὸ λοιπὸν Βακχίῳ δουλεύσομεν.

---

esset. De ἀμφιτρῆτος, quod etiam Vossius ad Melam I. 4, 22. reponi volebat, dixit Lobeckius in Paralipomenis p. 332. observans Vossium isto loco in veteri codice Florentino δι' ἀμφιτρῶγος scriptum testari, de quo nihil dixerit Matthiae.

INDEX GRAECUS.

Numeri paginas indicant.

INDEX LATINUS.

INDEX SCRIPTORUM.